
# PANTHALEON
# DE CONFLENTIA



# PILLULARIUM


CIVICA BIBLIOTECA
C
C.470
BERIO



# Pillularium omnibus medicis q̃z necessariuz clarissimi doc. magistri Panthaleonis.

Summa lacticiniorũ completa omnibus ido
nea eiusdem doctoris.

Cautele medicorum non ĩutiles clarissimi do/
cto. magistri Gabrielis zerbi veronensis.

Cum Priuilegio.

¶ Panthaleonis preclari medici Pillularium feliciter incipit.



Um ispi cere fragilitatem hūane naē que tū pp supiores ipressiones. tū pp ↄtrietatē corp⁹ hoīs ↄponētiū vt sunt humores ⁊ elemēta tū pp varietatē rerū nō nālium euidēs corpi ineuitabiliter occurrētium ⁊ intus ⁊ extra vltra cās preter naturā passibilis reddit. Ita vt a minimis etiam causis alterantibus fatigetur ⁊ plerunq͡z a proprio temperamento remoueatur vt omnis tenet schola medicorum. Ideo opusculum facere institui in actu practico iudicio meo vtilissimuz. Quod licet ad conseruandam sanitatem: ⁊ preseruandum ne corpora in egritudines prolabantur principaliter valeat. nō parum tamen proderit etiam ad ipsas egritudines extirpandas maxime cronicas: quarum plures cum dei auxilio: q̄ solus sanat lāgores oēs: ⁊ sine q̄ bonuz nullum fieri potest: notabiliter minoraui: imo ⁊ plures perfecte sanaui. ¶ Uerum in primis clementiā diuinaz exposco. Inuocando etiam diuū Pātaleonem martyrem ⁊ clarissimum medicum intercessorem vt ingeniolū meū illuminare digneṫ ad scribēdum que ad sanitatez humani generis conueniunt. dehinc dirigere posteros qui huic adherebunt doctrine vt eorum opera ad fines intentos felici ꝓsperitate deducat. ¶ Sed quoniaz hic tractatus ad plurimas se extēdit egritudines: ⁊ cum paucis scriptis omnibus egritudinibus satis fieri non possit (scientifice dico). Ideo breuitati inherendo aliqua pretermittam generalia que in hac materia nedum vtilia sunt verum necessaria.

¶ Et primo q̄ loqui intendo cum viris doctis: qui primo complexiones hominum annotabunt: regiones: etates: tempora anni: formas: artes: virtutes: consuetudines: replectiones: ⁊ sinthomata de quibus princeps noster quarta primi capitulo tertio. amplissime tractat ⁊ sine quib⁹ non bene posset medicus operari.

¶ Secundo premitto q̄ plures sunt egritudines pendentes a multa ⁊ grossa materia que etiam aliquando est in locis remotis ad quam euacuandam fortiores medicine aut pillule requirerentur q̄z iste quas infra describere intendo. Et sic vbi isti casus reperientur laudo procedatur cum digerentibus ⁊ euacuātibus fortioribus. Iuxta canones locis ꝓpriis perquirendis. Et siquid postea de materia remāserit. poterit cum infrascripta doctrina ⁊ ordināḋis pillulis euacuari.

¶ Unum tamen commemoro quod guta cauat lapidem ⁊c. ⁊ consequenter q̄ stat etiam in multa materia has paulatinas euacuationes conuenire maxime dum coniungitur aliqualis virtutis debilitas: ⁊ eo maxime cū princeps noster in locis q̄z plurimis. doceat materias grossas paulatine digerere ⁊ paulatine euacuare. Nec curo de multis allegationibus in hoc opusculo.

¶ Premitto Tertio quod licet in corpore temperato ⁊ debite recto pauce valde generentur superfluitates ad quas euacuandas non requirerentur medicine cum solum exercitium debite administratū sufficeret. Iuxta principis sententiam: tertia primi capitulo de exercitio dum dicit.

¶ Exercitium est motus ⁊ cetera. ⁊ subdit. ad quem conuersus ẜm sue equalitatis modum ⁊ hora sua nullo indiget medicaminū que in materialibus egritudinibus sunt necessaria.

¶ Uerum quia paucissima corpora temperata reperiuntur: alia vero a tēperamēto lapsa plurima quoꝝ aliqua magis temperamento ꝓxima aliqua vero magis distantia aut per simplices complexiōes aut compositas: tam totius corporis q̄z particulariū mēbrorum omittendo etiam compositiones que nō parum faciunt in sanitate conseruanda ⁊ amissa recuperanda: que quidem corpora ita a temperamento lapsa etiam naturaliter: licet per debitam administrationem rerum non naturalium: etiam conseruari possint si sana sint ⁊ in sua naturali dispositiōe talia remanere per omnes suas etates. Tamē quia difficile est attingere medium. teste pho ethicoꝝ primo. Si qs bene considerat non bene regi corpus potest quin peccatum accidat in quanto vel in quali ⁊ sic ne superfluitates alique generenṫ: dico etiam vltra eas quas a qualibet digestione quātūcunq͡z naturali resecari oportet que quidem superfluitates. ita dietim ⁊ paulatine congeste tandem virtutem aggrauabūt ⁊ aliquam causabunt egritudinem ẜm humorum naturā ⁊ membrorū suscipientium dispositionem. Hinc euenit q̄ aliqui passiōes arteticas: alij dolores renales. intestinales: stomaci: epatis: splenis: vesice: pectoris: gutturis: lingue: ⁊ aliaruz partium capitis: febres: opilationes: ⁊ huiusmodi patiuntur.

¶ Premitto Quarto q̄ pro preseruatiōe ab huiusmodi dispositionibus ⁊ remotione harum superfluitatuz: taz antiqui practici q̄z moderni ordinant vniuersales purgatiōes semel aut bis in anno quas ad veritatem non reprobo cum multis quodāmodo necessarias videam verum. dico etiam aliquibus non prodesse: dico si fiant cum medicinis laboriosis aut scamoneatis vt faciunt cōmuniter practicantes. Nā cum plurimi reperiantur hodiernis tempori⁹ habentes complexiōes ⁊ stomacos debiles quibus certum est medicīas scamoneatas: aut alias fortes ipsis esse nociuas. certum est si talibus dentur huiusmodi medicine: licet sequatur iuuamentum ex parte euacuationis. insurgit tamen nocumentum ex parte debilitationis. quod forte erit prestantius iuuamento ⁊ sic debilitato stomaco cum alijs virtutibus naturalibus sequitur noua reaggregatio superfluitatū: vñ infra paucuz tempus erit reaggregata tanta materia q̄ necesse erit aliam facere euacuationem ad quam etiam vlterior ⁊ maior sequetur debilitatio ⁊ sic noue materie accumulatio. dico etiaz procedente medico cum confortantibus quantum fieri poterit saltem in pluribus ita continget: ⁊ sic tandez virtus perducetur ad non gradum.

¶ Isti sermōes eluci pñt ex textu pricipis tertia pri

mi doctri. scđa caplo. i. Et ad veritatē hec fuit cā que
fantasiā meā excitauit ad consulendū ⁊ ordinanduʒ
pillulas in quibus nulla est venenositas: imo cōfor/
tatio oiuʒ virtutuʒ que confortando euacuant omni
die aliquas superfluitates ita vt nō possit fieri in cor
pore tanta materierū accumulatio que possit aut fo/
uere aliquam p̄existentē egritudinē aut aliquam de
nouo inducere que nō faciliter ⁊ cito sanetur.

Et hanc credo fuisse menteʒ. d. Mesue in suo de
appropriatis capitulo de aloe. dum dicit.

Et qui assiduat acceptioneʒ eius diebus
continuis nō videt in corpore suo nec in in/
strumentis sensuum suoruʒ egritudinē que
non sit habilis sanari: ⁊ preseruat a putrefa/
ctione: ita ꝙ etiam cadauera ⁊c.

Et nota ꝙ ista auctoritas non paruʒ facit pro opi/
niōe mea videlicet ꝙ omni die possit pillula exhibe/
ri vt latius infra deducetur.

Uerum quia plures visi sunt contradicere ne pil
lule tales exhibeant̄ vt fuerūt in curia. Illustrissimi
do. ducis Britanie aliqui medici maxie. d. magister
Oliuerius qui alias legerat in mōte Pessulano vir
sane doctissimus. Ideo volo hanc primo absoluere
questionē, Utrum scilicet dari possit vna pillula ele/
fangina: gratia exempli aut consimilis etiam in qua
sit granum vnum vel duo reubarbari aut agarici tro/
ciscati vel similiuʒ ante cenam ⁊ continuando omni
die. Et vt questio melius dillucidetur arguo primo
ad partes.

Et primo ad partem negatiuam sic quia. Ex tali
cōmixtione medicina attrahitur simul cū cibo ad ve
nas ⁊ sic poterit sanguinē inficē aliqua mala q̄litate.

Secūdo. In tali cōmixtione impeditur cibi dige
stio ⁊ operatio medicine cum natura non bene possit
vtriqʒ vacare. ⁊ sine natura: nec cibi digestio: nec me
dicine operatio fieri potest.

Tertio. Id non est fiendum quod est causa descē/
sus cibi a stomaco ante ipsius digestionem: sed exhi
bitio pillule ante cibum est multotiens causa huius/
modi descensus: ergo non est exhibenda: consequē/
tia nota cum maiori: ⁊ minorem dicunt multi se vi/
disse ad experientiam ꝙ post taleʒ exhibitionē ante
cenam de mane videbant vnam partem egestionis
aut chilosam aut cibalem: sicut etiaʒ egomet aliquā/
do vidi.

Quarto arguitur sic. Tales pillule notabiliter tē
dunt ad calidum. sed multa sunt corpora quoruʒ cō/
plexio excessiue calida aut habētia stomacuʒ caliduʒ
aut epar aut cor aut renes: ⁊ sic etiam in febrientibꝰ
⁊ aliis preter naturaliter ad calidum discraxiatis in
quibus iste pillule nullo modo cōuenire videntur:
quia discraxia calida augeretur.

Quinto. In regionibus calidis tēpore calido eta
te calida maxime si regimine calido vtantur etiā non
conuenire videntur.

Sexto. De natura aloes est aperire venas sʒ mul
ta sunt corpora in quibus est periculuʒ de apertiōe:
vt sunt mulieres apte incurrere superfluum fluxum
menstruorum: ⁊ homines superfluum fluxum emor/
roydarum in quibus casibus aloes maxime cuʒ illis
speciebus elefanginis posset: imo de facto sup̄flue
p̄uocaret quare saltiʒ in istis casibꝰ minie cōueniret.

Septimo arguo auctoritate principis quarta pri
mi. capitulo quinto. vbi prohibet medicinam cōmi/
sceri cum cibo dum dicit.

Oportet ergo ne medicie potator come
dat vel bibat donec medicina suam perfici/
at operationem.

Et sic nō erit cōmiscenda cum cibo.

Octauo arguo auctoritate Mesue i caplo ð aloe
dum dicit.

Est de tarde solutioneʒ facientibus qua/
re oportet vt sumēs ipsum cibari differat.

Et sic cum cibo misceri non debet.

Nono arguo auctoritate principis ⁊ Mesue in capi
tulis propriis de aloe. vbi prohibent ipsum exhibe/
ri tempore frigido quare videt̄ saltim non omni tē/
pore conuenire.

Decimo arguo ꝙ non oī die ex textu principis
quarta primi caplo quinto: dum dicit.

Amplius nature non est faciēda consue/
tudo bibendi medicinam cum qua fit neces
se mollificare ventrem: quia fieret consuetu
dinaria: ⁊ hoc habens ad impedimentū ma
li finis proueniet.

Et sic non omni die est exhibenda.

Undecimo arguo etiam auctoritate principis ter
tia primi doctrina secūda capitulo primo duʒ docēs
necessitatem euacuationis nisi fiat exercitum dicit.

Nobis necesse est ergo eas p̄culdubio eua
cuare. earum autem euacuatio s̄m plurimū
non completur nisi cum medicinis fiat ve/
nenosis que proculdubio naturam debili/
tant: que etiam si venenose non essent non
posset esse quin eas bibere nature laborio/
sum esset.

Ecce qūo medicine ēt nō venenose laborē p̄stāt:
⁊ sic nō oī die cōueniunt.

Iste ⁊ cōsiles auctoritates ⁊ rōnes induxerūt ⁊ p̄/
sentialr̄ inducūt plures medicos ad nō asentiēdum
dationi istaꝝ pillulaꝝ ante cibū: ⁊ multominus om
ni in die.

Ad ptē tn̄ appositā est primo experiētia reꝝ magi
stra. Nā totiēs ⁊ tā lōgo tpe exhibui dictas pillulas
in Italia ⁊ ptibus vltramōtanis: vt i subaudia: bur/
gundia: alamania: flādria: britania: ⁊ francia in qbꝰ
oibꝰ p̄uinciis practicādo exhibui nec reperi ð cen/
tū vnū cui fecerint nocumentū: ⁊ sunt hodiernis tē/
poribus mille hoies saluo pluri q ipsis pillulis die/
tim fere vtunt̄ reperiētes notabile iuuamentū. Nec
credat aliquis eandem esse receptam. nam vt appa/
rebit notabiliter variantur.

Probo etiam ratione sic. id exhiberi pōt qð aliqd
de superfluo euacuat sine aliquo nocumento: imo cū
cōfortatione omniuʒ membrorū. sed talia est vel esse
pōt hec pillula: ergo ⁊c. cōsequētia nota cū maiore:
⁊ minor pʒ ex vltimo p̄supposito ⁊ clara etiā appare
bit in responsiōe argumentorum.

Nūc arguo auctoritatibus. Et primo Nicolai qui
in suo antidotario componit pillulas ante cibum ⁊
post cibum in quibus aloes etiam non lotus ingre/
ditur: ⁊ reubarbarum in satis bona quantitate: si er
go ille concedi possunt ergo ⁊ pillula elefangina ⁊
ante

ante ꝛ poſt cibum.

¶ Item princeps noſter prima tertij illo elegantiſſimo capitulo. Cum materiam deſcribés pillulas aſa yaret docet ipſas exhibere eunti dormitum licet aliqui gloſent ſine cena. vſus tamen communis practicantium exhibet poſt cenam etiam cibo exiſtente in ſtomaco. Et ꝙ poſt cenam poſſint exhiberi pillule: patet auctoritate Joannis damaſceni in affoꝛiſmis ſuis dum dicit ſic.

¶ Cum quis vult purgare caput aut cerebꝛum aut inſtrumenta ſenſuum. pillulis maioꝛibus ideſt groſſioꝛibus ꝛ poſt cenam eunti doꝛmitū datis faciēdū eſt.

¶ Et ſimilis fere ſententia habetur a Raſi ſexta particula ſuoꝛum affoꝛiſmoꝛū dū dicit.

¶ Medicinas accipere que caput purgāt poſt cenam cum doꝛmiendi eſt tempus magis eſt conueniens.

¶ Item Meſue in antidotario deſcribens pillulas lutij s maioꝛes dicit ꝙ preſumitur ſuper ipſis etiam ſine abſtinentia: nec poteſt melius intelligi ꝗ̄ de cibo: ergo ꝛ ante ꝛ poſt exhiberi poſſunt. ꝛ certum eſt ipſas eſſe foꝛtioꝛes ꝗ̄ ſint pillule elefangine: vt pꝫ inſpicienti deſcriptionem.

¶ Itē inde Meſue in capl'o de aloe dicit.

¶ Et qui aſſiduat acceptioneꝫ eius diebus continuis nō videt in coꝛpoꝛe ſuo nec in inſtrumentis ſenſuum ſuoꝛum egritudinem que non ſit habilis ſanari: ꝛ ſic patet ꝙ poſſumus vti omni die: ꝛ per conſequens a foꝛtioꝛi pillulis elefanginis.

¶ Arguo nunc ꝙ poſſint commiſceri cum cibo: auctoꝛitate principis ſecundo canonum in capitulo de aloe. dum dicit.

¶ Et quando aſſumuntur de eo mane ꝛ ſero pillule permixte cum rectificantibus ipſum ſoluunt ventrem ꝛ non coꝛrumpunt cibum.

¶ Neſcio ſi poſſent clarius loqui maxime cum ſpecies elefangine ſint de rectificantibus ipſum aloes ſi rectificatione indiget: vt vult Meſue in capitulo ꝓpꝛio. Item princeps in quinto canonis tractatu nono deſcribens pillulas fetidas alchindi. docet ipſas exhiberi in pꝛincipio noctis cum aqua tepida: ꝛ dicit.

Et ſit ſuper eas pulus conditus.

Ecce quō ante cibum ꝛ in ipſis ingreditur turbith quare ꝛc. Item ibidem per mediam columnam deſcribens alias pillulas dicit: dantur cum vino ante cibum: ꝛ pꝛecipit ꝙ cibetur hoꝛa ſua.

Item infra per vnam columnā deſcribēs pillulas ſi li vberet dicit.

¶ Et bibuntur omni die ac nocte hyeme ꝛ eſtate. Et tamē ingreditur aloes turbith ꝛ ſalgēma.

¶ Preterea Moderni omnes practicātes exhibēt ℥. j. vel circa caſſie ante cibū. licet dicāt aliqui ꝙ caſſia poteſt conuerti in nutrimentum non ſic auteꝫ pillula. hoc non obeſt quia medici ipſam exhibētes nō q̄rūt ꝙ ↄuertat̄ i nutrimētū: ſꝫ ꝙ euacuet aut lenien do aut ēt a pꝛopꝛietate. Sed vide qualis eſt pꝛopoꝛtio vnius vncie caſſie ad vnam pillulam ex quibus fiunt. vij. de vna dragma cōmuniter. dico ꝺ̄ iſtis pillulis que exibentur ante cenam. vnde cuꝫ valde magis apta ſit caſſia ad deponenduꝫ cibum indigeſtuꝫ lubꝛicando ꝗ̄ poſſit pillula relinquitur ꝙ valde tutius pillula exiberi poſſit ꝗ̄ caſſia. Jſtud argumentum licet perſuaſiuū ſit fecit tamē aliquando mutare ſententiā aliquoꝝ medicoꝝ qui nullo pacto aſſentire volebant: vt etiā vna ſola pillula daret̄ an̄ cenā.

¶ Preterea moderni practicantes de quoꝝ numero fuit ꝛ foꝛte pꝛim⁹ Bartholame⁹ ꝺ̄ mōtagnana in conſilijs ſuis elegantiſſimis non in vno ſolo: ſed in pluribus cōmendat vnius pillule exhibitionē ante cenam maxime contra ſtipticitateꝫ ventris ꝛ in multis alijs caſibus. ꝛ clarum eſt ꝙ ipſe etiam foꝛtioꝛes cōcedit ꝗ̄ ſint pillule elefangine: imo in aliquib⁹ apponit diagredium qꝺ̄ tamē ad veritatem facere non audeo. Auctoꝛitas tn̄ tanti viri cogit ad aſſentiēduꝫ ꝙ nocere non poſſit maxime quando in valde modica quātitate poneret̄. quicq̄d tamen ſit ſufficit ꝙ pillula elefangina nō cōmixta alicui medicie venenoſe exhiberi pōt ꝛ ante ꝛ poſt cenam.

¶ Plures alie rationes ꝛ auctoꝛitates adduci poſſent pꝛo hac parte quas gratia bꝛeuitatis omitto ꝛ ſic videtur queſtio dubia.

¶ Reſpondendo igitur ad queſtionem credo ꝑtem affirmatiuā queſtionis eſſe veraꝫ pꝛeſuppoſitis his que ſuperius dicta ſunt: ꝛ his qui dicentur in reſpōſione argumentoꝝ partis negatiue q̄bus ſolutis manifeſte apparebit quanta vtilitas ſequi poſſit ex vſu iſtarum pillularuꝫ ꝛ ſine nocumēto ꝛ ſi per aliqꝺ̄ erit multominus erit iuuamento.

¶ Ad pꝛimuꝫ igitur dum dicebatur ꝙ ex tali cōmixtione medicina attrahitur ſimul cuꝫ cibo ad venas ꝛ ſic poterit inficere ſanguinē aliqua mala qualitate ꝛ alios humoꝛes. dico duobus modis. Pꝛimo ꝙ nō eſt neceſſarium ꝙ iſta pillula trahatur cum chilo ad venas: quia non tantuꝫ cibo cōmiſcetur vt opoꝛteat vnum trahi cum reliquo: ꝛ cauſa eſt: q2 aſſumpta pillula: tum pꝛopter ipſius grauitatē: tum pꝛopter figuram ſuam ſpericam cito tranſit ad fundum ſtomaci vbi cōmuniter reperiuntur aliqui humoꝛes maxime flegmatici cum ſtomacus ſit lacuna flegmatuꝫ ꝛ cum illis bene cōmiſcetur ſuperueniente poſtea cibo ibi diſſoluitur ꝛ ſtat donec perfecta digeſtione apperiatur poꝛtanariū: ꝛ tunc egreditur pillula cum illis humoꝛibus aut aliqua ipſoꝛuꝫ parte cum quibus cōmixta ꝛ inuoluta erat: ꝛ ſic non attrahit̄ per meſeraicas cum non ſit res multum attrahibilis ratione conuenientie nec tantuꝫ cibo cōmixta ꝙ vt ſupꝛa neceſſe ſit ipſam ſimul attrahi. ꝛ idem dico dum erit in inteſtinis.

¶ Aliter dicere poſſum ꝙ etiam ſi attraheretur aut ꝰm partem: aut ꝰm totuꝫ ipſa tamen nō inficeret ſanguineꝫ nec alios humoꝛes. Pꝛimo aliqua qualitate venenoſa cum nullam in ſe habeat nec etiam aliqua qualitate manifeſta: tum pꝛopter ipſius modicam quantitatem: tum etiam quia cum dubitamus de ſu percalefactiōe ex parte complexionis naturalis aut accidentalis regionis tempoꝛis aut ſimilium commiſcem⁹ cū dictis pillulis aliqua infrigidātia: vt mā na thamaridi vt īfra videbit̄ ꝛ ſic calefacē n̄ poterit.

¶ Ad ſcd̄ꝫ dū dicebat̄ ꝙ īpedit̄ digeſtio cibi. Negatur: imo potius iuuat̄ merito aromaticitatis ſpecieꝝ elefanginaꝝ. Nec diuertit̄ natura a digeſtiōe ꝑ̄ illaꝫ

paruā pillulaꝫ que vt supra manet in fundo stomaci ⁊ pauca indiget actuatōe: imo caloꝛ nālis digerēdo cibū actuat pillulā ⁊ sic facile ē nature vtrūq facere.
¶ Ad tertiū dico φ illa pillula nō faciet descendere cibuꝫ indigestū: imo potius iuuabit ad celebrandam digestionē ꝑpter aromaticitatē vt supra: nec ita. sunt stimulatiue virtutis vt cogāt stomacū expellere non digesta.
¶ Ad experientiā aūt ꝑ alios: ēt per me aliqñ visuꝫ. dico hoc cōtingere posse ꝑpter multaꝫ humoꝛuꝫ replectioneꝫ incitanteꝫ expulsiuaꝫ stomaci ad expellēdum: vnde exeūtibus humoꝛib⁹ alique partes cibi que nunduꝫ digeste erant simul exeunt: ad qđ etiam aliqñ iuuat stomaci debilitas. Et ideo dum video similes casus: aut desisto ꝑ aliquos dies: aut addo de mastice in satis bona dosi: aut de mirabolanis: aut ꝺ vtriusqꝫ: ⁊ tūc secure ꝓceditur. preterea multa reperio coꝛpoꝛa exuberantia in comedendo notabiliter a quibus etiā si aliqua poꝛtio cibi nūduꝫ digesti expelleretur. nedum nō noceret: imo manifeste ꝓdesset.
¶ Ad quartū ⁊ quintū simul respōdeo. Et pꝛimo φ ista parua pillula nō pōt notabiliter calefacere cū ibi valde modicuꝫ sit de multitudine foꝛme penes quā actio rei attendit. Secundo dico magis medicinalr ⁊ pratice φ medicus in oꝛdinando has pillulas cōsideret aut cōsiderare dꝫ: vt supradixi in responsione pꝛimi argumēti. cōplexiones vniuersales ⁊ particulares tam naturales φ̄ accidentales ⁊ alia de quib⁹ in pꝛimo ꝓsupposito dictū est. Et sic ꝭm exigentiam oꝛdinat pillulas suas cōmiscēdo thamaridos ⁊ alia infrigidātia vt supra. de febꝛicitātib⁹ vero dico φ in istis raro exibenꝭ. Sed canonice ꝓcedi debet ꝭm doctrinam pꝛincipis pꝛima quarti maxime in cōtinuis ⁊ puris tercianis qm̄ in nō puris signāter in multū elongatis a puris ⁊ aliꝭs interpolatis: vt sunt quartane ⁊ alique flegmatice. reperi multotiēs singulare iuuamentū dando vnam ante cenaꝫ diebus interpolationis vel quietis dūmodo sit bene cōditionata cōsiderando materiā: ꝯplexiones: ⁊ alia vt supra.
¶ Ad sextum de natura aloes est aperire venas ⁊c.
Dico pꝛimo φ aloes qui ingredit dictas pillulas est lotus. ⁊ sic sunt resolute ille ptes subtiles que faciūt ad apertionē venaꝝ. Secūdo dico φ cū tales casus occurrunt in qbus ē periculum apertiōis venaꝝ. nō contenti de sola lotione aloes. cōmiscemus ēt iuxta doctrinam Mesue aliqua pꝛohibentia: vt bdelium: gūmi arabicuꝫ dragagantuꝫ masticem ⁊ talia que faciliter resistent supꝛascriptis nocumentis. ⁊ sic sequi possunt iuuamenta sine nocumentis. Tertio dicere possum φ in illis casibus possunt dimitti: de hoc ēt infra videbitur
¶ Ad septimū dū arguiꝭ auctoꝛitate pꝛīcipis quarta pꝛimi.

## ¶ Opoꝛtet ergo ne medicine potatoꝛ ⁊c.

¶ Dico pꝛīo φ vba pꝛīcipis sonāt de medicina potabili. Sꝫ credo intellexerit de medicina laboꝛiose soluente in qua sit aliqua venenositas: qꝛ talis attracta cū chilo ad epar ⁊ venas inficeret: aut inficē posset sanguinē aut alios hūoꝛes aliqua mala qualitate ⁊ sic nocere posset ip̄m cibū inficiēdo. de ista aūt pillula secus est vt patet.
¶ Et si volumus saluare Mōtagnanā qui apponit aliqñ dyagrediū. possum⁹ dicere φ ponit in tā modica φ̄titate φ nocere nō pōt. pꝛiceps aūt itelligit de medicina venenosa in notabili vel cōi φ̄titate vt dixi. Et siqs replicādo dicēt φ in tā modica φ̄titate non opabiꭍ. ⁊ sic nullū seqꭍ iuuamētū. Possum⁹ dicē φ lꝫ merito modice quātitatis ex se nō euacuaret tñ poterit foꝛtificare virtutē solutiuā aloes sicut faciūt species elefangine ⁊c.
¶ Ad octauum auctoꝛitate Mesue.

## ¶ Sumens ipsum cibari differat ⁊c.

¶ Dico φ Mesue intelligit qñ volumus dare notabilem quātitatē ⁊ dosim cōem vt dragmā vnā vel duas ex q̄ expectarem⁹ notabilem ⁊ oꝛdinatā euātionē: tūc deberet differri cib⁹: nō sic est in casu nr̄o. Etiaꝫ possumus dicere φ ītelligit de aloe puro ⁊ solo. i. pillula aūt nō ē solū aloes. Utraqꝫ rñsio satisfacit.
¶ Ad nonū qꝛ Aui. ⁊ Mesue ꝓhibent exhiberi tpe frigido. Credo intelligant in magna quantitate: qꝛ dubitant apertioneꝫ venaruꝫ facta reclusiōe caloꝛis ad intra: ⁊ maxime si puruꝫ exhibeaꭍ: sed hic multa eēnt dicenda que transeo.
¶ Ad decimū φ non omni die testu pꝛincipis quarta pꝛimi.

## ¶ Non est faciēda cōsuetudo ⁊c.

¶ Dico pꝛīo φ pꝛinceps loquitur de medicina potabili. Nā dicit ꝯsuetudo bibēdi medicina ⁊c. Nos aūt loqmur de pillulis. Sꝫ qꝛ pꝛiceps aliqñ dicit pillulas eē bibēdas. dico secundo φ natura non est fiēda consuetudinaria ad aliqua violentantia vt essent medicine foꝛtes ex quarum frequenti vsu deuenirentur ad exitum mali finis. Etiam pꝛinceps dicit cum qua sit necesse mollificare vētrē. vn̄ siqs vellet quotidie mollificare ventrem cum cassia deueniretur ad exitum mali finis. Sed φ non possumus assuescere istis medicinis benedictis quarum vsu etiam quotidiano sequi possunt plurima iuuamenta pꝛinceps non pꝛohibet: sicut non pꝛohiberet vsum quottidianum aromatici rosati aut similium. Uerum quia dicit ab eo φ consuetum est non fit passio. videtur adhuc stare difficultas φ non sint continuande: quia nihil tandem operabuntur. Dico inherendo superius dictis φ ista pillula non obstante continuatione operabitur. sic etiam ex continuo vsu aromatici rosati stomacus frigidus ⁊ humidus semper confoꝛtabitur. Et sic dico φ auctoꝛitas pꝛincipis intelligitur φ a rebus foꝛtiter aut violenter impꝛimentibus continuatis tandem natura non patitur. Et hac ratione pꝛecipit quarta pꝛimi nō esse standuꝫ super vna medicina. Et sic ēt. xvj. tertij pꝛecipit medicias vermiū variari. Et sic voluerūt aliq venenū ꝑ assuefactionē nō ledere. Non sic aūt de istis medicinis benedictꝭ q̄ ⁊ si milies appꝛoximenꭍ eūdē aut ꝯsimilē sēp effectū īducūt vt de aromatico rosato supdixi. Et φ me mouet ad sic dicendū est quottidiana expientia tā in ꝑsona ꝑpꝛia φ̄ in aliꝭs. Pꝛimo. n. in me ipso. iam annos septem dum vidi me intrasse senectutē. ⁊ ꝯñter virtutes oēs in dies magis debilitari arguebā. φ ex necessitate stante equali regimine opoꝛtebat in me plures solito generari supfluitates. ⁊ ꝯñter φ in aliquā inciderē egritudinē nisi haꝝ supfluitatum fieret euacuatio. Et sic tutius agēdo incepi capere de istis bn̄dictis pillulis cōplexioni mee appꝛoꝛiatis q̄ tam a pꝛincipio φ̄ in medio ēt tp̄e pn̄ti quasi vniformiter opate sunt ⁊ pn̄tialiter operatur. Nec dubito me perseruarūt a multis egritudinib⁹ in quas indubitāter incidissēꝫ. attētis itinerationib⁹ longis ꝑ montes ⁊ aliꝭs ēt inoꝛdinationib⁹ in mō viuēdi. Nam in quā to ⁊ quali

io ⁊ quali me aliqñ ⁊ sepe peccasse cõfiteor occurrē/
tibus ēt accidētibus aie nõ mediocriter excessiuis.
Idez ēt accidisse conspitio in plurib⁹ aliis in qb⁹ di
cta pillula eque bene nūc operatur vti in principio
faciebat.

¶ Ad duodecimū q est textus principis tertia pmi
qui dicit ꝙ bibere medicinas ēt non venenosas est
laboriosuz nature. dico ꝙ sūmere medicinas ēt non
venenosas est laboriosuz nature vbi sūmant in tāta
dosi ꝙ possint euacuare. gratia exēpli agaric⁹ descri/
bitur ab Auicēna in de virib⁹ cordis inter medicias
cordiales: tñ si quis caperet vnā vel duas dragmas
maxime oi die. certū est ꝙ essz laboriosuz nature. nõ
sic aūt est de ista pillula.

¶ Preterea princeps loco allegato docēs necessita
tem euacuationis qr ex necessitate in corpore ēt debi
te recto generant superfluitates vt ibi ostendit vult ꝙ
euacuatio istarū superfluitatū aut ipsoꝝ resolutio. ē cõ
ueniētior p exercitiū q̄z p medicinā. si fiat dicit sz sue
equalitatis modū ⁊ in hora ⁊c. Sed qs est hic ⁊ lau/
dabimus eū. qui ita mensuret vitaz suam quin gene
rentur superfluitates ad quas euacuandas non suffice
ret exercitium.

¶ Nolo tñ negare possibilitatez quin bene possent
superfluitates que in aliquo corpore generant p soluz
exercitiū resolui. sed hoc est de possibilib⁹ longinqs
Sufficiat pro nūc ꝙ pnceps vr̄ cõparare euacuatio/
nez superfluitatū p medicinas ad eadez que fit p exer/
citium. ⁊ dicit istaz meliorē de quo nõ dubito. Sz qr
vt in pluribus solū exercitiū non sufficit. Ideo lau/
do vsum istaꝝ pillularuz quas princeps non diceret
esse laboriosum.

¶ Spero plures ratiões ⁊ auctoritates adduci pos/
sent pro parte negatiua ad quas tñ facile est rñdere
cū fundamentis iam dictis.

¶ Restat inuestigare causas vnius ꝯtingentie quaz
reperio in hac materia ⁊ erit in forma pblematis. pp
quid est. ꝙ si hec pillula exhibeat ante cenā imedia
te facit opatõez ꝯuenietē. Si aūt exhibeat per vnaz
vel duas horas ante cenā vel ante prandiū non ope
ratur vel saltim non eque bene. Ueritas problema/
tis colligitur ad experientiam. Nam milies in actu
practico hoc vidi.

¶ Hoc problema fecit me quādoq̄z cogitare. Sz di/
cere possumus. ꝙ dum hec pillula exibetur per duas
horas ante cibum stante stomaco vacuo calor natu/
ralis non habens aliud obiectum in qd agat. agit in
ipsam pillulam que propter ipsius debilem resisten/
tiam faciliter spoliatur sua pauca virtute solutiua. ⁊
sic cessat operatio, vel saltim diminuitur. Si autē sta/
tim succedat cibus. stomaco ipsum amplectente ca/
lor naturalis agit in ipsum. ⁊ sic pillula nõ substinet
totam caloris naturalis actionē. sed vt supra manēs
in fundo stomaci paulatine liquefit ⁊ actuatur ⁊ sic fa
cta digestione. ⁊ aperto portanario egredit cum aliq
bus humoribus, in fundo stomaci existētibus ⁊ cum
ista etiam parua virtute solutiua pōt mundificare ite
stina. Nec credo ꝙ virtus sua attractiua se extendat
ad membra remota. sed solum ad extremitates mese
raicarum in quibus frequenter alique superfluitates
continētur que possunt faciliter euacuari etiam a de/
bili medicina ⁊ maxime si virtus expulsiua meserai/
carum fortis fuerit: qr tunc paucum sufficit adiutori
um vt vult princeps dcima quarta terii in capitulo
cure opillationum epatis dum dicit.

¶ Et quandoq̄z membro si virtuosum est
sufficit quodlibet adiutorium ad expellēdū.

¶ Et ista etiam pōt esse causa ꝙ plus euacuat i assue
tis capere pillulam q̄z in nõ assuetis: quoniam natu/
ra percipiens ꝙ per illas extremitates meseraicaruz
fit suauis euacuatio superfluitatū temptat continue
ad ipsas extremitates aliquid superfluitatis trans/
mittere.

¶ Et sic videre possumus rationem apparētie indu
cte per pillulā etiam continuatā ꝙ nõ dimittit ipius
operationem imo potius per cõtinuationē augetur
operatio. stante dico materia euacuanda. Et sic ad au
ctoritatem principis est satisfactū, Et tu more Gēti
lis ꝯsidera si quē habes alium modū dicendi.

¶ Hec questio cum suis dependentiis more disgre/
sionis proposita ⁊ ventilata fuit vt omnes aperte ma
gis intelligant fundamenta quibus moueor ad has
pillulas ordinandas. ⁊ ad hunc tractatum perficien
dum quem pillulariū nominare volui. in quo statui
describere pillulas que vnicuiq̄z egritudini acomo
dari poterunt. Nec describam compositionē illaz sin
gularissimam pillularum elefanginaꝝ me remittens
ad illam quā bonus Mesue facit in suo d appropria
tis distinctiõe decia caplo primo. Quāquidē ⁊ ipsas
pillulas propter ipsarum excellentiā. Ita ellegi vt d
ipsis baxiz faciam fere. in omnibus receptis fiendis
Uerum quia declinant nõ parum ad calidum. Facio
ipsas multotiens alterari cū manna. thamaridis: aut
mirabolanis: ⁊ similibus vt infra videbitur ⁊ magi/
straliter tempore compositionis pillularū addi facio
ʒ. iii. vel. iiii. succi endiuie pro qualibet libra pillu/
larum ⁊ facio exiccari ad solē. Et appello ipsas pillu
las elefanginas cum succo endiuie ⁊ reperio ipsas
valde vtiles in casibus in quibus dubito supercale/
factionem ⁊ maxime in temporibus ⁊ complexionis
calidis.

¶ Incipiam igitur cuz Dei auxilio describere pillu
las vnicuiq̄z complexioni pro conseruanda sanitate
⁊ preseruatione ne in egritudines labātur. Quas ta/
men receptas variare opz scdm etates virtutes tēpo
ra anni ⁊ alia superius dicta que medicus preoculis
semp habere dz. Et poterūt iste pillule fieri maiores
aut minores sm qd operabuntur.

¶ Pillule conuenientes sanguineis.

¶ Recipe pillularum elefanginarum cum succo en
diuie. ʒ. iii. māne granate. ʒ. s. thamaridoꝝ. ʒ. j. misc.
diligenter cuz modico syrupo viol. formando. vj. vl
vii. pro. ʒ. capi potest vnam ante cenam.

¶ Pillule conuenientes collericis.

¶ Recipe pillularum elefanginaꝝ cum succo endi/
uie. ʒ. iii. reubarbari electi. ʒ. s. spice gra. iiii. thama
ridorum. ℈. iiii. misce. cuz syrupo violato si expedit
fiant. vj. vel. vii. pro. ʒ. d quibus capi potest vna an/
te cenam imediate. dico notanter si expedit. ⁊ ita se/
pe dicam inferius: qr multotiēs humiditas thama/
rindoꝝ sufficit ad incorporanduz ⁊ reducēduz ad bo
nā formā ⁊ tūc nõ oz opponere syrupū viol. qr fieret
massa nimis liquida. hoc ergo notet etiā pro rece/
ptis sequentibus.

¶ Pillule cõuenientes flegmaticis.

¶ Recipe pillulaꝝ elefanginarū.ʒ.iij.agarici troci scati.℈.ij.masticis.℈.j.misc.cuz melle rosato fiat vj.vel.vij.pro.ʒ.⁊ da vnā ante cenam.

Pillule cōuenientes melanconicis.

¶ ℞ pillularum elefanginarum.ʒ.iij.polipodij co/hercini nō corosi.foliculoꝝ sene. ana.℈.j.masticis.℈.ß.misc.cuz syrupo de fumoterre faciendo vj.vel vij.pro.ʒ.⁊ da vnā ante cenaz. Et iste sunt recepte cōmunes merito complexionū nāliuz:⁊ prudēs me dicus poterit multas alias consimiles componere. Nunc venio ad ordinationē pillulaꝝ.que sunt pser/uatiue ab egritudinibus:⁊ que ēt valebunt non pa rum in cura.Et primo incipiā a soda cū plures sint qui sodam paroxismaliter patiunt. Sed quoniā so/da prouenire potest a sola mala complexiōe sine ma teria.de ista hic loqui nō intendo.cum pillule paruz aut nihil confere possent.In ea autem que materia/lis est que aliquando est per essentiam aliquando p cōmunitatem.oportet videre que per cōmunitatez a quo membro:⁊ illi attēdere ponēdo semper in pil/lulis aliquid quod aspiciat illud membrū queādmo/dum videbitur statim.Si vero sit per essentiam ali/quando fit a sanguine: ⁊ tunc alijs consentientib⁹ conuenit flobotomia.aliquādo ab alijs humoribus. ⁊ tunc si medicus videt notabilem replectionez vni uersalem aut particularez.debet facere euacuatiōes expectando digestionem si egritudo dat inducias:qꝛ si materia esset furiosa aut multa deberet etiam non digesta euacuari. Signa vero quibus ista cognosci possunt hic ponere non intendo.sed proprijs locis requirantur.Nam nimis plongarem.Etiā vt supra dixi intendo loqui cū viris doctis q requirere sciēt. Uolo solum describere pillulas que valebunt ad ali qualem euacuationem materieruz existentium in ca pite vt in cerebro ⁊ pāniculis suis ⁊ ad prohibendū aggregationez dictaruz materierū vt hic dolor paro xismaliter non reddeat ⁊ si presens sit etiaz remouea tur aut saltīz remittatur presupposita vt dixi vniuer sali purgatione si necessaria fuerit ⁊ regimine conue nienti.Et ista que nūc dicta sunt de soda intelligant ēt in alijs egritudinib⁹ infra dicendis.

¶ Si ergo fuerit materia colerica ī causa sode valde conuenirent pillule asayaret quas princeps descri/bit prima tertij illo ellegantissimo capitulo cum ma teriam.⁊ licet princeps ponat descriptionem ingre dientium nō tñ dossat.veꝝ Gentilis verus Auicē/ne secretarius dossat hoc modo.

¶ ℞ pillule yere.ʒ.ij.mirabolanorum:citrnorum: masticis.ana.ʒ.j.aloes ad pondus omniū ⁊ possunt confici cum melle rosato:aut cuz syrupo violato ƀm exigentiam.Et precipit princeps dari pillulam ma gnam vt cum mora perficiat operationez:⁊ ꝙ detur eunti dormitum.Ne motus ⁊ vigilie impediant ea rum operationē.Et sic diceret iuuenis qd super leui medicina est dormiēdū:vide si vis pulchras bonas ⁊ breues difficultates Gētilis in hoc passu:qꝛ nō in tendo prolongare sermones.verum dicit priceps lo co allegato si volumus vt educant materiā flegmati cam possum⁹ addere stichados turbith agaricuz ⁊ si/milia.Et ex hoc textu accepi audaciam ponendi tur bith ſꝫ in modica q̄titate vt apparebit inferius.pri/ceps etiam docet addere scamoneā si volumus cole ram euacuare:sed vt supra nō audeo permiscere sca moneam maxime si pillula debet cōmisceri cuz cibo⁹ hoc tamen nō parū facit ad excusationē Mōtagna/ne cum dicit textus ꝙ detur eunti dormitū.Licet vt dixi aliqui exponant eunti dormitū:videlicet sine ce na.sed nolo ēt hic me vlterius extendere.Si vis tñ illū doctorē ita notabilem excusare faciliter facies.

¶ Et ad veritatez iste pillule conuenientissime sunt materia existente in capite.Nam fit euacuatio pau/latiua materie coniuncte ⁊ etiam materie anteceden tis.Interim etiam si oportebit poterit digeri mate/ria cum syrupis ⁊ alijs iuxta doctrinā pricipis signā ter in illo capitulo.

## ¶ Cum materiam.

¶ Particulariter nunc magis descendendo cū soda est per cōmunitatem stomaci consideretur que mate ria peccat in stomaco ⁊ ƀm illam ordinentur pillule. Et sic dico de alijs membris opponēdo semper ali/quid in pillulis qd habeat respectum ad illud mem/brū:vñ sic facio ⁊ primo incipiendo a stomaco.

¶ Pillule contra sodam per cōmunitatem stomaci a materia colerica.

¶ ℞ pillularum de yera simplici pillularum elefan/ginarum. ana.ʒ.i.ß.reubarbari electi.ʒ.ß.thamarin/dorum.ʒ.i.mane granati.℈.ij.misc.diligēter ⁊ cuz syrupo viol.si expedit fiant sex vel septez pro.ʒ.⁊ si vis potes addere tria grana spice ⁊ pōt capi vnā añ cenam faciendo ipsam grossiorem vel minus grossaz ƀm qd operabuntur:qꝛ satis est ꝙ aliqualem faciant operationem maxime continuando ⁊ hec particula faciendo ipsam grossiorem ⁊c.Intelligatur in omni bus receptis taz factis q̄ƺ fiendis:quia non oportet semper replicare suprascripta descriptio bōa erit pro potentibus ⁊ nobilibus pro alijs autem facere po/tes vt infra.

¶ Recipe pillularum elefanginaꝝ.ʒ.ij.pillularū ꝺ yera simplici.ʒ.i.thamarindorū.ʒ.i.ß.mirabolanorū citrinorum.℈.i.confice cum succo rosaꝝ vi.vel.vij. pro.ʒ.da vnam ante cenam continuando.

¶ Pillule alie in soda stomatica a materia frigida.

¶ ℞ pillularum elefanginarū.ʒ.iij.agarici trocisca/ti.ʒ.i.stichados mirabolanoruz chebuloruz.ana.℈. ij.masticis.℈.i.misc.cuz melle rosato fiat vt supra.

¶ Pillule alie in soda stomatica a materia melanco/lica.

¶ ℞ pillulaꝝ elefanginarum.ʒ.iij.polipodij electi foliculorū sene.ana.℈.j.masticis.℈.ß.misce.cū sy rupo viol.vel de fumoterre ꝯfice pillulas.⁊ da vt su pra.Et iste pillule etiam conuenirent vbi soda essꝫ per cōitatem splenis.

¶ Pillule alie ad sodam stomaticā a materia frigida ⁊ sunt multum stomatice.

¶ ℞ pillularū masticinaꝝ descriptiōe Cōciliatoris quarū descriptionez infra videbis.ʒ.iij.mirabolano rum chebulorum.ʒ.j.confice cum melle rosato ⁊ da vt supra.

¶ Omitto apostemata cerebri ⁊ pāniculorū suoruz: appoplexiā:⁊ similes egritudines in quibus iste pil lule

lule parum ꝓdesse possent ⁊ ideo in talibus egritu/dinibus est ad ꝓpria capitula recurendum.
¶Quia tñ vidi vsum istarum pillularum aliquãdo coferre in dispositióibus melẽconicis. ideo aliquas ponam descriptóes quas valere expertus sum.
¶Et primo in mania vel melanconia proueniente a materia melãconica ex adustione colere. que licet sit mala ⁊ indigens fortioribus auxiliis tñ iuuare solẽt quarũ descriptio talis est.
¶R pillularũ elefanginarũ cũ succo endiuie.ʒ.iij.ß.thimi epithimi ana.℈.j.reubarbari electi.℈.ij.foliculorũ sene.℈.ß.spice semen anixi ana.g.iiij.tha/marindorum.ʒ.j.masticis.℈.j.confice cum syrupo viol.aut de fumoterre ⁊ da vt supra.

¶Pillule in melanconia ꝑ adustionẽ flegmatis q̃ ẽt valent si ꝓueniat a melanconia naturali.

¶R polipodij cobercini non corosi.ʒ.j.agarici trociscati.ʒ.ß.foliculorum sene tartari loti ana.℈.j.pillularum elefanginarum.ʒ.iij.ß. masticis.℈.j. Et si vis ipsas fortiores adde lapidis lazuli bene loti.iuxta doctrinã Mesue g.xij.vel.xv.cum syrupo vel succo fumiterre confice pillulas. ⁊ da vt supra. Sed nõ ponas lapidẽ lazuli nisi in corporib⁹ bñ robustis.
¶In epilensia que etiã cõmuniter est egritudo pa rossisimalis multotiens conueniunt iste pillule saltẽ ad prolongandum aduẽtum parocismorum ⁊ ipsos abreuiandos aut aleuiãdos: vel sit egritudo ꝑ essentiam: vel per cõitatem membrorũ inferiorũ vt sepe videmus: ⁊ tunc semper ponendum est q̃d respectũ habeat ad illud membrũ. Et quia plurimum proue/nit a materia flegmatica aut grossis vaporib⁹ ab ea eleuatis ideo incipiam ab ea.

¶Pillule contra epilensiam a materia flegmatica ꝑ essentiam in cerebro.

¶R pillularum de yera simplici pillularum elefanginarum ana.ʒ.iij.agarici trociscati.ʒ.j.ß.seminis ⁊ radicis peonie ana.℈.j.mirabolanorũ kebulorũ.ʒ.j.masticis.℈.j.confice cũ syrupo de sticados fac vj.pro.ʒ.da vnam dum vadit dormitum. ⁊ aliquan/do vnam ante cenam.

¶Pillule contra epilensiam per essentiam a cole/ra grossa.

¶R pillularum elefanginarum pillularũ de yera simplici ana.ʒ.ij.reubarbari electi: mirabolanorum citrinorum ana.ʒ.ß. seminis peonie visci cobercini ana.℈.j.thamarindorũ.ʒ.j.ß.masticis.℈.ß.misc. ⁊ confice pillulas.vj.vel.vij.pro.ʒ.cum syrupo viola.si opus est ⁊ da vnã dum vadit dormitũ: ⁊ aliquã/do vnam ante cenam.
¶Si autem esset per cõmunitatem membrorũ in/feriorum videatur per signa a quo membro. ⁊ circa illud attendatur. Iuxta doctrinã auctorũ: q: vt dixi non me intendo dillatare in hoc opusculo. Ideo so/lum aliquas describam pillulas.

¶Pillule contra epilensiam per cõmunitatem sto/maci a materia flegmatica.

¶R pillularum elefanginarũ.ʒ.iij. agarici trociscã/ti mirabolanorum kebulorũ ana.℈.ij.seminis peo/nie masticis ana.℈.j.confice cum melle rosato.vi.vel.vij. ⁊ da vnã ante cenã singulis diebus. ¶Et i hoc casu valent etiam pillule stomatice descriptione Mesue. ¶Itẽ ⁊ pillule elefangine sole ⁊ pillule ma sticine descriptione Cõciliatoris in additionibus su is ad Mesue de dispositionibus stomaci que etiam sunt singulares ad plures dispositiones tam supradi ctas q̃ʒ infra dicendas. Naʒ Cõciliator ipsas laudat mirabiliter quarum descriptio talis est.
¶R aloes optimi.ʒ.x.agarici trociscati.ʒ.iiij.masti/cis.ʒ.iij.confice cum succo antilie cuius loco pono mel rosatum ⁊ ad veritatẽ sunt mirabiles ⁊ experte.
¶Si autẽ materia foret colerica loco agarici ponaẽ reubarbarum apponendo.ʒ.j.thamarindorũ: ⁊ hoc modo etiam rectificari possent iste pillule masticine ⁊ clarũ est q̃ essent singulares: ⁊ aliquando expertus sum virtutes earũ in magnatibus. ¶Si autẽ vitio splenis potest appõi polipodium thurris epithimũ folliculi sene aut aliquod istorũ conficiẽdo pillulas cum syrupo de fumoterre vel de Epithimo aut capi lorum veneris. ⁊ hoc semper consistit in estimatione ⁊ pitia medici presentis. ¶Et sic etiam dico si vitio matricis aut alicuius alterius membri cum multorũ membrorum vitio epilensia prouenire possit vt vidi ego in ciuitate thaurinẽsi iuuenem epilenticũ ⁊ inci/piebat materia moueri in police pedis sinistri q̃ pau latine ascendebat aut vapor ab ea eleuatus per par/tes inter medias vsq; ad caput: ⁊ statim incurrebat parocismum ⁊ cadebat. Et in illo casu multum vale/bant ligature ꝓhibentes assensum materie vel vapo rum ⁊ tandem cauterizato loco curatus est perfecte.
¶In scotomia etiam ⁊ vertigine considerandum ẽ etiam si per essentiam vel per cõmunitatem fiat. Et fiat semper vt de epilensia dictum fuit. In vtroq; tñ cãu valent pillule vt infra maxime premissis vniuer salibus si necessaria sint.

¶Pillule contra schotomiaʒ vel vertigineʒ a mate/ria flegmatica.

¶R pillularum de yera simplici.ʒ.ij.pillularum ele fanginarum.ʒ.iij.agarici trociscati: mirabolanorum chebulorum ana.ʒ.j.masticis thuris ana.ʒ.ß.misc. di ligenter ⁊ cõfice cũ syrupo de sticados.vj.vel.vij. pro.ʒ.dãdo vnam dum vadit dormitũ vna die: ⁊ alia die vnã añ cenam: ⁊ sic perseuerãdo sunt mirabiles.

¶Pillule contra schotomiã ⁊ vertiginem quando cõmiscetur aliquid colere.

¶R pillularum elefanginarũ.ʒ.ij.pillularũ de ye ra.s.ʒ.j.ß.pulueris reubarbari electi.ʒ.j.thamarido rum.ʒ.j.ß.masticis.℈.ij.mirabolanorum citrinorũ ʒ.j.confice cũ syrupo violato.vj.vel.vij.pro.ʒ. ⁊ da vt supra. ⁊ sunt bone.
Et q: debilitas vl' diminutio memorie multis cõ tingit: que non parum scholaribus nocet ⁊ doctori/bus legentibus. Ideo aliquid dicere oportet. Et liʒ diminutio memorie vt plurimũ a superflua humidita/te procedat: põt tamẽ a siccitate ꝓuenire vt vult ꝑn/ceps prima tertij.capitulo proprio. Et in tali casu non oporteret exhibere pillulas nec alia vlteri⁹ exi/cantia. Sed potius cõueniunt humectantia: inter q̃ cõuenietissimũ est lac vt dixi in mea sũma lacticinio

rum. Si vero prouenjat ab humiditate conueniunt pillule infrascripte.

¶ Pillule contra diminutōem memorie a causa frigida ⁊ humida.

¶ ℞ pillularū asayaret. ʒ. iij. pillularū elefanginaꝝ. ʒ. iij. pul. ligni aloes electi. sticados. agarici trocis‑scati. ana. ʒ. j. cum syrupo de sticados fiant. vj. vel vij. p̄o. ʒ. j. detur vna eunti dormitū: ⁊ aliquādo ante cenam. Et fiat grossior vel min⁹ grossa vt supra.
¶ Et si perciperetur ꝙ aliqua materia existēs in stomaco iuuaret ad diminutionē memorie. detur pillula ante cenam sepius continuādo tñ omni die vnaꝫ vel ante cenam: vel dum vadit dormituꝫ.
¶ Et nota hic ꝙ vidi plures receptas pro reparatione memorie que sunt terribiles inducētes vnum moduꝫ viuendi bene strictum ⁊ cū vnctionibus calidissimis que omnia in multis corporibus possent eē cā multoꝝ nocumentorū ⁊ quodāmodo irreparabiliuꝫ. ⁊ ideo multis ꝓhibui tempore meo ne se subijcerent consimilibus: nec sunt fienda nisi cuꝫ matura deliberatione ⁊ consilio peritorum medicoruꝫ. Hec autē que hic ordinātur secura sunt ⁊ nocere nō pñt.
¶ Et antedicte pillule possunt ēt iuuare in multis dispositionibus frigidis ⁊ humidis capitis. Habere tñ debet medicus semꝑ oculos apertos ad complexiones aliorum membroꝝ: vt si epar esset calidum: aut corpus faciliter inflāmabile: vel tempus multū calidū: quia in talibus oporteret cōmiscere thamarindos aut māna vel dare pillulā cū syrupo violato pro apozimate: vt etiam bene docet princeps quarta primi capitulo quinto. Et hec regula semꝑ hēatur menti vt etiā supradictū fuit. ¶ Ualebunt igitur dicte pillule ad omnes qui superflue dormiunt propter superfluā humiditatē: vt sunt aliqui scolares qui doctore legente in scolis dormire coguntur. Et sic etiā valent pillule de yera cum agarico. quarum descriptio talis est.

¶ Pillule de yera cum agarico.

¶ ℞ pillularum de yera simplici ⁊ sunt pillule de octo rebus Galieni. ʒ. iij. agarici albi ⁊ electi. ʒ. j. salis gēme. ℈. j. misꝫ. cū oximelle fiat massa. Ego addo libenter. ʒ. ß. masticis ⁊ magis confortāt stomacū licet minus soluāt. Et tu considera casus in quibus magis cōueniunt quia plures inuenies.
¶ Plures homines sunt catarrosi. Ideo medic⁹ habet duo principaliter considerare.
¶ Primo si catarrus est subtilis vł grossus. q: si subtilis ingrossandus est. ⁊ si grossus subtiliādus. ⁊ hoc cū syrupis: dieta ⁊ alijs. Et ī catarro subtili semꝑ in pillulis apponere aliqua ingrossantia. vt hic.

¶ Pillule contra catarrum subtilem.

¶ ℞ pillularum elefanginarū. ʒ. iij. mirabolanoruꝫ citrinorum. ʒ. j. boliarmeni loti. ℈. iij. seminis portulace. ℈. j. misꝫ. ⁊ cum mucilagine dragantoruꝫ facta in aqua rosarum fiant pillule. vj. vel. vij. p̄o. ʒ. detur vna eunti dormitum.

¶ Pillule contra catarrum grossum.

¶ ℞ pillularum de yera simplici: pillularū elefanginarum ana. ʒ. iij. agarici trociscati. ʒ. j. ß. masticis. ʒ. ß. confice cū oximelle sqlitico ⁊ fiāt. vj. p. ʒ. da vt supra
¶ Secūdū qd̄ debet medicus considerare: ē mēbrū. ad qd̄ declinat catarrus: vt si ad pectus periculosum est: maxime quando subtilis aut salsus: q: multotiēs perducit ad ptisim. Et ideo studere debet medic⁹ in remittendo acuitatem ⁊ diuertendo ipsum ⁊ confortando pectus ⁊ pulmonem: ⁊ faciendo alia que in locis proprijs inquirenda sunt: cum ibi extendere nō intendam: sed solum describere pillulas ad hanc intentionem facientes.

¶ Pillule contra catarrum subtilem descendentem ad pectus.

¶ ℞ polipodij electi: agarici trociscati. ana. ʒ. ß. boliarmeni loti. ʒ. i. pillularum elefanginaꝝ. ʒ. iij. succi liquiritie. ℈. ij. mirabolanoꝝ citrinorum. ʒ. ij. ß. confice cum mucilagine dragantorum facta in aqua florum violarum: aut rosarum fiant. vi. vel. vij. p̄o. ʒ. da vnam aliquando ante cenam: sed sepius dum vadit dormitum. Ita tamen ꝙ omni die capiat vnā vł ante: vel post cenam.
¶ Et licet deliberauerim nō ponere in hoc opusculo nisi receptas pillularum tamen tacere nō possum descriptionem vnius confectionis quā appello confectionem de storace propter iuuamēta maxima que reperi in ea ⁊ facio ꝙ capiunt vnum morsellum ꝺ. ʒ. j. ß. vel circa dum vadunt dormitum diebus quibus non capiunt pillulam illa hora. Nam ē valde bona: cuius descriptio talis est: nec est illa descriptio quaꝫ cōmuniter ponunt doctores: ⁊ est de secretis meis: quam tamen etiam cum alijs secretis omnibus ꝓpalare intendo.

¶ Descriptio confectionis de storace.

¶ ℞ passularum ad corintheos electarū. ℥. j. conterantur fortissime. dinde ℞ pul. liquiritie. rare electe ʒ. vj. ligni aloes nucis muscate cinamomi electi ana ʒ. j. ß. storacis calamite. ℈. v. boliarmeni loti. ʒ. iij. zuccari boni dissoluti in aquis betonice ⁊ floruꝫ violarum. ℥. xv. ⁊ fiat confectio in rotulis vel morsellis de. ʒ. j. ß. pro singulo: da vt supra: ⁊ est sepius experta. Et licet valeat principaliter in catarro grosso: ēt non nocet in subtili.

¶ Pillule contra catarrum grossum.

¶ ℞ agarici trocis. ʒ. j. ß. pillulaꝝ elefanginaꝝ. ʒ. iij. polipodij cartami ana. ʒ. j. sticados. ʒ. ß. mastic. ℈. ij. misꝫ. ⁊ cum oximelle squilitico fiant. vj. p̄o. ʒ. da vnam eunti dormitū ⁊ aliquando ante cenam.
¶ Uenio nunc ad dispositiones membrorum ortorū a cerebro. Et primo neruoruꝫ: qui aliquādo spasmū patiuntur: aliquando paralesim: ⁊ alias multas egritudines. Et q: spasmus aliquando ex inanitiōe causatur: aliquando a repletione: de facto ab inanitione loqui non intendo: quoniam vsus pillularum paruꝫ prodesse posset. De facto autē a repletione clarum ē ꝙ pro ipsius euacuatione fortiora solutiua requiruntur q̃ꝫ pillule. de quibus in hoc tractatu agitur: ⁊ tō tam digerentia q̃ꝫ euacuantia alibi requirantur. Uerum quia aliqua sunt corpora que multotiens incurrun

Quamprimum trāsisti alpes mōtis ciniвij ingrederis valleз & patriā mauriane que durat per duas cōpetentes dietas in longum: sed a dextris & a sinistris sunt montes inter q̃s multi sunt steriles: aliqui vero & multi sunt fertiles i grano vino & specialiter in bestijs. Ibi enim fiunt casei sapidi & boni valde in multis ptib⁹: sed sunt pui nō multuз spissi: & ego comedi in sancto Andrea qui facti erant ibi prope per mediam leucaз in omni pfectione: licet etiam reperiantur non boni in multis locis. Fiunt vt plurimum ex lacte vaccino: licet etiam sint oues in bona copia: fiunt etiam in mauriana casei longi ad mensuraз cubiti vel circa & grossitudinē boni brachij cum vno paruo ligno in medio ad grossitiem parui digiti quod lignum nisi apponeretur caseus se substentare non posset: partim propter illam figuram ita oblongam: partim propter ipsoruз pinguedinem: nam pingues sunt valde: & fundūtur ad ignem mirabiliter bene: & fiunt tēpore hyemis cruste cum pane aliqualiter asso & est cibus multis placibilis. Cōseruatur vsq3 ad tempus estatis: & fiunt antiqui: & sunt sapidiores q̃ noui & minus viscosi: & ratio est satis clara. Appellantur communiter lumbi & credo quia facti sunt ad similitudinem lumborum porcorum: aut etiam corporis humani. Maior tñ ps caseor q fiunt in ptib⁹ mauriane sunt vt ceteri casei rotundi nō multuз spissi. Et mauriane coheret versus septētrionem & ibidem contiguatur tarātaxia mediātibus montibus tamē in qua etiam fit magna copia istorum lumborū: veг cōi iudicio meliores q̃ i mauriana & in maiori copia. Fiūt & ibi certi casei qui appellantur vaзarini rotūdi subtiles valde grassi qui tēpore hyemis funduntur ad ignem: & sunt sapidi valde in quibus nō est multa viscositas: & isti pp ipsorū pinguedinē vix possunt antiquari pp difficultatē tractandi eos ne conquasenf & maxime in mutādo eos de loco ad locum. Si tamen aliqui conseruentur per annū optimi sunt i colore cere citrine: & adhuc d pinguedine notabiliter retinētes & sic etiaз antiquati ad ignem faciliter fundūtur vt sepius expertus sum. Et credo paruз aut nihil de butirro ab eis extractū fit. Isti casei sunt multū famosi inter caseos ducat⁹ Sabaudie: quibus ēt satis assimilantur vaзarini: q fiūt circa abbatiā habūdantie in colore sapore & figura: idō possunt ēt in presenti capitulo contineri.

Caplm nonum secundi tractatus de caseo brisie & formis suis.



Ad decorem & laudem caseorum ducatus Sabaudie addēdi sunt casei brisie: qui apud aliquos appellanf clon apud alios chalamon a nomine loci appellati chalamon. In patria tñ Illu. d. ducis Barboni vbi etiam fiūt in magna copia. Fiūt etiam in ducatu Burgundie. & semel vidi in loco appellato cuseri tempore quarūdam nūdinarum q ibi portabantur in maxima copia venales: & in tanta copia q credere quis fere posset. Isti sunt casei qui etiam apud aliquos appellantur capita mortuoruз: quia sperici sunt: verum cōmuniter aliqualiter oblōgi. Nota tamen q in istis caseis maxima differentia & diuersitas reperitur: non solum in magnitudine & figura: sed etiam in bonitate. Nam multi reperiūtur & plures vidi parum aut nihil valentes insipidi frangibiles & tantum terrestres vt in ipsis sapor aliquis fere reperiatur maxime bonus. Si tamen quis d bonis īueniat delicatissimi sunt d gustui valde suaues. Exponuntur igni cum quodam instrumento ferreo ipsos continente & sicut liquefiunt superponunt crustis panis assatis aliqualiter: & vere ē cib⁹ placidus. Custodiuntur per annum vel duos: & qui pingues sunt restant cum eorum bonitate acquirentes quandam suauem acutatem in antiquitate eorum ppter causas superius expositas: & portantur ad partes bene remotas: imo vsq3 Romā: & sic etiam lumbi tarātarienses de quib⁹ supra & in summa inter caseos habentur preciosi: sed de eorum virtute aliquid i tertio tangetur tractatu.

Caplm decimum secūdi tractatus de caseo crapone & figura sua.



Qui a casei crapone notabilem habent conuenientiam cum caseis brisie tam in sapore q̃ etiam in forma vel figura: ideo de ipsis videtur nunc dicendum. Sunt enim casei rotundi aliqualiter tamen oblongi parui in pondere duarum librarum ad plus: & sunt valde boni saporis: & funduntur ad ignem sicut chalamoni brisie d quibus in precedenti capitulo: & q: inter

inter istos nõ inuenio notabilẽ diuiam iõ sufficiãt que
in capitulo precedenti dicta sunt: verum ꝓꝑ eorum
bonitatem tacendi non erant.

## ¶ Caplm vndecimũ secũdi tractat⁹ ꝺ caseo galico.

Istud solum capitulũ exigeret vnũ
tractatuz ita est magna ⁊ ma/
xima prouĩcia in qua necesse est magnas
esse caseoruz diuersitates: succincte tamẽ
discurrens ꝑ aliquas ex ꝑtibus in qͥbus fui: ommit/
tendo etiam caseos q̄ fiunt in lingua oxitana q꞉ non
multuz praticaui illaz patriã: verum audio ꝙ in plu
ribus partibus fiunt casei notabiliter boni: sed nolo
scribere nisi de locis in qͥbus fui ⁊ inuestigaui vt au
dacter magis possim attestari veritatem: ⁊ idem di/
co de prouincia aqtanie nisi ala Rogella versus bri
taniam ⁊ partes pitauie. In pitauia igit̃ que est val
de magna ꝓuincia reperi aliquos caseos bonos me
diocriter tamẽ ⁊ maxime certos paruos qui assimilã
tur caseis de la mora. Sed dicunt in pitauia ꝙ sole/
bant facere meliores: verum superuenerũt certe mu
lieres brite siue de britania q̄ dantes modum extra/
hendi notabilez quãtitatem butirri: induxerunt al's
q̄ postea dicte cupiditate butirri semꝑ postea caseos
fecerunt macriores: ⁊ vere licet discurrerim maiorẽ
partem illius prouincie non comedi nec etiam audi
ui ꝙ essent casei excellentis bonitatis: imo nobiles
illius patrie vtuntur multuz caseis anglicis de qui/
bus infra fiet mentio. Et quia patria britanie conti
gua est pitauie ad britaniaz venio. Unde britania est
patria satis ampla in longitudine sz in latitudine nõ
est magna: ⁊ est pro maiori parte circundata mari: ita
vt quasi insula videatur. Ibi est magna pascuũ abun
dantia ⁊ sic magna copia animalium: maxime boum
vacarum ⁊ ouium intantum ꝙ in optimo foro be/
stie venduntur: ⁊ meliori q̄z in loco quez vnq̄z vide/
rim. Est etiaz bonitas pascuum. nam est satis patria
temperata licet ad frigiduz declinet: cuz vina ibi nõ
nascantur aut pauca nec tamen bona pascua tamen
optima sunt: ⁊ credo ꝙ si nõ extraherent tantum bu
tirrum a caseo ꝙ casei essent boni valde. nam tantam
copiam butirri faciunt ꝙ vsq̄z ad partes satis distan
tes defertur videlicet ad pitauiam ad patriaz anda/
gauensem turonẽsem: etiam ad normãdiam. Licet in
ipsa patria britanie multuz consumant cum fere om
nia comedũt cum butirro etiam pisces: quod valde
incõueniens est: ⁊ ego ipsos multotiens redargui.
Sed ita diligunt ipsum vt de ipsis dicatur versus.
Sicut pica pirum sic comedit brito butirruz. Et cre
do sint ibi pascua lactifera admodum loquendi Al/
berti: dum dicit vt supra ꝙ pascua lactifera faciunt
lactis abundãtiam: ⁊ certum est ꝙ illud lac est valde
pingue ⁊ vnctuosuz: quod est causa multitudinis bu
tirri: nam proportionabiliter non est tantuz de caseo
quãtum de butirro. De bonitate autem casei nõ pos
suz testari: nam in locis in quibus fui: vt Rays Na
netis ⁊ partibus circunuicinis nõ comedi caseuz no
tabilis bonitatis. Sed ad veritatem credo ꝙ si tan
tam diligentiam haberent circa caseum quantam ha
bent circa butirrum ꝙ casei essent valde meliores vt
supra dixi. Si tamen in britania inferiori fiant melio
res ignoro: quia ibi nõ fui nolo de illis afferre testi/
monium. Et quia riparia leridis discurrit ⁊ finit in
britania: ⁊ super ista riparia communiter sunt pa/
scua bona ⁊ lactifera ideo in multis partibus fiunt
casei boni maxime in torena: ⁊ precipue casei de
breamunt ⁊ sunt optimi excellentes alios caseos il/
lius patrie. Sunt enim pingues mediocris quan/
titatis boni saporis ⁊ odoris non multum viscosi:
⁊ vere possunt numerari iter preciosos caseos ga/
lie. sed etiam ibi fiunt plures non boni. Reperi etiã
satis bonos in patria argentonis: sed ñ sunt ita pin/
gues. Bonos etiam reperi ala freta bernard ⁊ ꝺlica
tos. Super iam dicta riparia leridis fiunt boni ver/
sus nemur ⁊ ala charite: ⁊ ibi faciunt turtas bonas
valde que nisi cum bono caseo confici possunt. Sed
eundo a patria andegauensi versus normandiã dum
essem in pitauia in castro nobilissimo appellato la flo
seglera domina illius loci mihi dedit de quodam ca
seo ꝙ ad veritatem assimilatur caseis de bria de qui/
bus infra dicetur ⁊ mihi dixit ꝙ fiunt in ducatu Lan
zoni in quadaz villa sua ⁊ ꝙ meliores fiunt in quodã
loco dicto bolon prope ripariam dictã orno: ⁊ ẽ ripa
ria que finit in serta maiori que andegauis ꝯmiscetur
in riparia leridis ⁊ isti vt dixi assimilantur fere in om
nibus caseis de bria: sed sunt aliqualiter spissiores ⁊
fiunt versus patriaz normandie per quã fluit riparia
sene veniens ex Parisius super qua riparia ẽt sunt
pascua bona ⁊ lactifera: ⁊ ideo etiam in normandia ⁊
successiue super illa riparia fiunt casei in certis parti
bus boni. Uerum omnia dinumerare ñ possez neq̄z
scirem. Sed venio versus bonam ⁊ famosissimam ci
uitatez Parisiensem ad quã fere omnia bona conflu
unt vltra ea que ibidem nascuntur: cum sit ad modũ
terre promissionis: si quis omnia bene cõsideret: nã
insula francie quid melius dici posset: veruz ⁊ Pari/
sius ⁊ in partibus circunstantibus casei ꝺ bria excel
lentissimi habentur: nec immerito dum essem cuz bo
na ac nunq̄z ꝺlenda memoria Illu. d. Ludouici quõ
dam ducis Sabaudie parisius qui ibi moram fecit ꝑ
plures menses: ⁊ qui bonus erat iudex caseorum cũ
patriam haberet in qua optimi reperiuntur iudica/
uit eos in optimos quos vnq̄z comedisset. Patria
tamen hec plana est ⁊ satis sicca: ⁊ ideo credo bonita
tem pascuum ⁊ herbarum hoc facere. Omitto ꝙ etiã
influxus supercelestis ad hoc non parum concurre/
re possit: sicut videmus in partibus ibi satis vicinis
in certa contrata: videlicet in pruin nasci rosas mi/
rabiliter odoriferas longe magis q̄z in aliquib⁹ alijs
partibus circũstantibus adeo ꝙ venduntur satis ca
ro pretio: ⁊ domine parisiẽses que sunt magistre po/
liciarum gubernant eas siccas in saculis cum certis
tamẽ alijs mixturis ⁊ ponunt in scrineis ⁊ coffis vbi
sunt linteamina mantilia ⁊ similia que postea reddũ/
tur mirabilis odoris boni ⁊ suauissimi: imo etiã por
tantur dicte rose ad longinquas partes ⁊ ego porta
ui ad partes pedemontanas ⁊ videbantur preciose.
Ad propositum reddeundo sicut bonitas istarum ro
sarum in determinata parte regni ita per excellenti/
am reperitur. Nec hoc possit ad causas vel qualita/
tes manifestas referri: cum in illo glorioso ⁊ amplis/
simo regno multe sint partes calidiores multe frigi
diores: ⁊ consequenter alique eque calide in quibus
tamen tanta bonitas in rosis non reperitur. Nõ mi
rum etiam si in aliqua parte determinata potest lac
bonuz ⁊ consequenter caseus in summa perfectione
confici: vel sit ex influxu astrorum vel bonitate pascu
um: aut ex modo compositionis. A quacunq̄z tamen
causa proueniat illi casei de bria boni sunt nõ multũ

dure digestionis cum satis sint aerei: quod ex facilitate liquefactionis ad igne͂ ostenditur. Non est etiam in ipsis magna viscositas quia nō filant: sed funduntur quasi sicut butirrum: ꝛ cum nō sint multū n oui habent colorem cere citrine: qui quidem color incipit versus circūferentiam ꝛ corticem ꝛ post successiue ꝛ paulatine versus centrum: ꝛ quando talis color attingit etiam centrales partes tunc casei dicuntur facti ꝛ sic perfecti ꝛ vere sunt meliores. Causam vero inceptionis istius coloris versus corticem ymaginor esse ab aere extrinseco circundante cuius virtus primo occurrit illis partibus circunferentialibus q̄ȝ centralibus: ꝛ ideo prius resoluunt ille ptes a quorum abūtia ille citrinꝰ color gnat. Ad qd̄ et fac fermentatio que ab intrinseco fit: de qua etiaȝ supra dictum est. Bonitas horum caseorū me aliqualiter in hoc capitulo prolixum fecit: ꝛ quia omnis laus in fine canitur volui hos caseos circa finem capituli caseorum galie numerare: licet aliī etiam in aliis partibus francie fiunt boni quos vt dixi omnes numerare nescirem. Ceterū non possum preterire caseos q̄ fiunt in patria bituricensi in qua ad veritatem fiunt boni: sed parui non spissi ꝛ mirabiliter pingues ꝛ fiunt in magna copia ex ouibus: licet etiam ex vacis fiant ꝛ ibi sunt pascua excellentis bonitatis pro ouibus: ꝛ signum euidens est bonitas lane que nō multum distat a bonitate lane anglie. Et mirum est q̄ si oues illius patrie iuuenes aut antique ducantur ad alias partes notabiliter perdunt bonitatem lane earum: ꝛ econuerso si oues aliarum partiū ducantur ad illam patriaȝ notabiliter augetur bonitas lane earum ꝛ in modico tempore: cuius causa nō potest alia esse q̄ȝ aer vel nutrimentum vel vtrunq̄ȝ. Sed credo nutrimentum esse causam potiorem: ꝛ sic non mirum si etiam bonū lac generetur ꝛ consequenter caseus bonus. Testari enim possum: quoniam anno elapso dum esseȝ Turonis cum spectabili magistro Nicola tiglard generali frācie q̄tidie de illis bonis caseis cōedebā: ꝛ sic huic magno caplo finē ipono.

¶ Capitulum duodecimum secundi tractatus de caseo anglie.

In anglia est maxima copia bestiarum maxime ouium ex quibus tantaȝ lanam colligunt q̄ fere incredibile videtur: ꝛ lana est perfectissima vt omnes sciunt: quod fieri non possȝ nisi pascua bona forent: ꝛ sic lac ꝛ lacticinia bona. Faciunt igitur maximam copiam casei. Nam vidi ego in nundinis anuersi tantam quantitatem caseorū q̄ si non vidissem credere non potuisseȝ: ꝛ sunt pulchri casei: ꝛ in ipsis faciunt impresiones animalium litterarum florum ꝛ talium non sunt spissi ꝛ minus in medio q̄ȝ in circūferentia: ꝛ habent corticem mundum: suntq̄ȝ diafani siue translucētes: maxime cū sunt boni adeo q̄ ementes exponunt eos aeri ꝛ si vident transparētiam iudicant bonos: ꝛ vere plures reperiuntur boni ꝛ satis assimilantur placentinis ꝛ in colore etiam in sapore: sed nō sunt ita magni nec ita spissi. Et credo q̄ si facerent ipsos magis butirrosos q̄ essent valde meliores nec essent ita frāgibiles: ꝛ per ɔ̄ns nec sic dure digestionis: hn̄t tn̄ bonū saporem nec sunt multum viscosi: ꝛ fiunt pro magna parte ex lacte vacarum licet multum sit de lacte ouino. ꝛ hoc facit ipsos magis frangibiles. Portantur ad partes alamanie i magna copia ꝛ ad ptes galie britanie, hyspanie vsq̄ȝ ad cathaloniam ꝛ nō minus pulchritudo q̄ȝ bonitas comendatur.

¶ Caplm decimūtertium secundi tractatus de caseo flandrie ꝛ locorum circūstantiū.

Si totum lac q̄ in flandria generatur coagularetur ꝛ fieret caseus proculdubio ibi magna esset copia caseorum: sed magnam parteȝ lactis comedunt. Nam dum essem in villa gantensi siue agant vidi vno mane per vnam portam solum intrare octo vel decem currus oneratos lacte: ꝛ mihi aserebant per alias omnes portas non minus intrare ꝛ totum vendebatur. Erat lac illud in magnis vasis que curribus superponebantur. Et credo q̄ illa copia lactis sit vna de causis quare ibi tot reperiatur leprosi: maxime quia etiam ibi est notabilis copia piscium precipue maritimorum: quod satis facit ad rē. Non recolo me comedisse bonum caseum in tota flādria: nec in barbantia: neq̄ȝ in enaud: nec in artoys: nescio an defectu componentium proueniat: aut aeris: vel quia forte sicut delectantur in lacte: ita etiaȝ in butirro: est tamen patria frigida: nam sunt in septimo climate ꝛ in fine. Casei qui fiunt ibi sunt terrestres frangibiles nec habent bonum saporem. Et credo q̄ sicut in partibus meridionalibus non fiunt boni casei: ita nec in partibus oppositis vt septentrionalibus: ideo dimittamus illos tanq̄ȝ non multum valentes.

¶ Caplm decimumquartū secundi tractatus de caseo alamanie in locis quibꝰ fui.

Solū fui in berna straborg lucera suric vsq̄ȝ ad dominam nostram deshere mites in quibus locis est mediocris quantitas bestiarum ꝛ sic etiam lactis. Uerum non recolo me comedisse caseos electos: sȝ aliquos mediocris saporis: ꝛ erant iuuenes siue recentes albi mediocriter pingues: ꝛ credo si antiquarentur essent multum terrestres ꝛ frangibiles: cuius causam credo esse extractionem butirri: nam ipsi satis diligunt butirrū. Ideo de ipsorum caseis non facio magnam extimationem: ꝛ verisimiliter causa est similis illi que i precedenti capitulo dicta fuit: cum ipsi etiam ad septentrionē notabiliter declinēt. Et sic finit tractatus secūdus lacticiniī cū dei auxilio cui infinite sint gratie.

¶ Tractatus tertius ꝛ vltimus summe lacticiniorū ɔtinens capitula octo.

¶ Caplm primū quibus cōplexionibus lac ⁊ lacticinia cōueniant.

Studi capl'z posss dici mare magnū pp varias ⁊ sbtiles difficultates q̄s rubrice q̄sitū icludit: sʒ mlta dimittā dn̄is theoricis ⁊ solū q̄ ad pcticā ptinēt explanabo. Et primo iudicio meo n̄ possum' absolute respondē quibus complexionibus lac conueniat: nisi diceremus q᷑ omnibus complexionibus est nutrimentum conuenientissimum: saltim in aliqua etate: vt in etate infantie. nam omnibus infantibus conuenit ⁊ sine eo male nutriri possent infantes: qui cum sint valde diuersarum complexionnm videtur absolute posse concedi q᷑ omnibus cōplexionibus lac cōuenit: saltim aliquo tempore. Nunquid autem equaliter conueniat istis īfantibus lac esset difficultas requirens longum sermonem. Ideo pro nunc transeat. Sed veniendo ad alias etates non ita absolute responderi posset: cum plures sint lac abhominantes: vt de Conciliatore supra expressum est. Aliqui vero sunt inter quos ⁊ lac est magna proportionalitas ⁊ conuenientia: vt allegatum fuit etiam de mente Auicēne. Amplius lac cum corporib' proportionalitates habet que ratione comprehendi non possunt: ⁊ sic aliquibus potest conuenire. Ad quod etiaʒ non parum facit consuetudo. nam in pluribus montibus videmus esse tam viros q̄ mulieres cuiuslibʒ etatis: ⁊ diuersarum complexionum qui quasi nūq̄ comedunt panem nec bibunt vinum: sed solo lacte cum castaneis ⁊ caseo nutriuntur: ⁊ tamen sunt sani rubicundi: in quibus credo consuetudinem multum operari: etiam in montibus non sunt excessiui calores qui multotiens faciunt ad lactis corruptionem: non faciunt etiam exercitia multuʒ fortia in illis mōtibus nisi in ascendendo ⁊ descendēdo: que sunt eis quodāmodo cōnaturalia: ⁊ parum ex hoc fatigātur: vt experiētia docet. ⁊ sic possemus dicere q᷑ tales sic consueti non assuefecerunt stomacos suos ad alia cibaria digerenda: ideo procedendo ab infantia ad pueritiam: ⁊ a pueritia ad alias etates solum lacte vescebantur: ⁊ sic lac factus est eis cibus cōnaturalis in omni etate. Credo tamen q᷑ si transirent nunc ad alia cibaria que sunt in cōmuni vsu q᷑ infirmarentur: aut notabiliter alterarentur: ⁊ maxime si vellent postea ad vsum lactis deuenire. ⁊ potissime si aereʒ mutarent ⁊ exercitia. ¶ Sed si queratur de alijs hominibus non sic assuetis si lac conueniat. Oporteret distinguere: quia vel talia corpora sunt infirma: vel sana. Si infirma de his habebitur responsio infra. Si auteʒ sunt sana: tunc vel sunt inculpate sana: vel culpate sana: ⁊ tunc dicerē q᷑ culpate sanis in aliquibus casibus potest lac conuenire: vt gratia exempli: extenuatis aliqualiter ⁊ reducendo ⁊ preseruando: ⁊ sic in multis casibus posset lac conuenire. Sʒ oporteret exhibere modis a doctoribus explicatis: vt primo sit lac bene cōditionatū recenter ab vbere extractum: capiatur stomaco non repleto cibo vel humoribus: quia lac non vult sociuʒ: nisi sal mel vel zuccarum. ⁊ hoc iuxta naturas assumentiuʒ tardando comestioneʒ salteʒ tribus horis sine potatōe vini post: ⁊ non faciendo aliquod forte exercitium ⁊c. Si autē loquamur de inculpate sanis posset aut gratia complacentie aut augmentandi sanguinem conuenire. De caseo autem quomodo ⁊ quibus ⁊ quando conueniat in sequentibus apparebit. ¶ Quibus autem complexionibus lac magis conueniat. Credo q᷑ cōplexioni temperate: ⁊ illis que sunt magis temperamento vicinis: quoniam periculum in exhibitione lactis est propter facilitatem corruptionis: sed cum in corpore temperato sint cause magis resistentes corruptioni q̄ in alijs securius. poterit exhiberi: ⁊ sic alijs temperamento vicinis: nisi haberent stomacos valde calidos: q: corrumpunt in eis facile mutabilia vt Galienus secundo tegni. ¶ Utrum auteʒ magis secure colericis q̄ flegmaticis non est sine dubio. Sed credo minus noceret colericis: ⁊ magis prodesse posset. Licet faciliter oppositū defendi posset. Auicēna nāq̄ scdo canonis capitulo de lacte. dicit ⁊ pp̄ter declinationē suam nocet flegmaticis: ⁊ addēs rōnem: dicit: qm̄ caliditas eoꝝ non conuertit ipsum ad sanguineʒ sicut oportet ⁊ addit ⁊ propter hoc confert hn̄tibus complexionē calidam ⁊ siccam. Uerum subiungit cum in ipsoꝝ stomacis non est colera: ⁊ in summa ibi pp̄e vult q᷑ nocet calidam habentib' complexionem: quia conuertitur in ipsis in coleram. Sed possumus dicere q᷑ intelligit de cōplexione excessiue calida. Sed vide textum qui dicit: ⁊ est magis conueniēs cōsistentibus q̄ adolescentibus calidam habentibus complexioneʒ. Cuius oppositum ratione defendi posset: cum in consistentibus sint cause fortiores ad corruptionem lactis: ⁊ maxime quia vt clarum est in consistentib' est magis de colera. Sed nolo pro nunc amplius ista disputare: cogitabūt iuuenes eorum ingenia super hoc aperientes. ¶ Auicēna in capitulo proprio. vult lac conferre senibus: quia remouet pruritum qui accidit in eis. Quod tū intelligendum est sane cum multi sint senes: quibus non conueniret lac ex parte cattarri. Et tu vide quia ibidem dicit q᷑ lac caprinum confert catarris: ⁊ retinet eos. Quod credo sit propter stipticitatem suā de qua supradictum est: q᷑ propter nutrimentuʒ caprarum ⁊c. Et Hypocras quinta afforismorum sexagesimo quarto afforismo dicit. Lac dare caput dolentibus malum: ex quo arguitur ipsius lactis facilis euaporatio ad caput. Unde si considerentur dicta Galieni in cōmento faciliter poterimus omnia cōcordare nam dicit q᷑ lac est vnum de rebus cito mutabilibus quia si lac calorem inueniat plusq̄ oportet cito in fumositatem se mutat. si minorem: in acetositatem trāsducitur: ⁊ addit lac bonum ⁊ multum nutrimentum facit dumtamē coquitur ⁊ digeritur inflatio sub diafragmate ⁊ dolor in capite cōficitur: hec in sanis lac agit. Et sic videtur hic lac exhiberi nō posse sine aliquo nocumento etiam corporibus sanis. Uerum iuuamentum prestantius aliquando est nocumento: ideo exhibetur. Naʒ dicit loco allegato. Sed vniuersaliter lac bonum esse dico indigentibus bono ⁊ facili nutrimento ⁊ sic multis prodesse potest: maxime si consideremus que etiam dicit Auicēna: naʒ in proprio capitulo dicit q᷑ lac est cura obliuiōis sicce ⁊ tristicie ⁊ alienationis. ¶ Sed statim insurgit dubiuʒ: cum virtus memoratiua sicco perficiatur: ⁊ obliuio vel diminutio memorie ⁊ plurimum a causa humida procedant ⁊ lac humectet. Possumus dicere ad hoc cum Galieno q᷑ omnis imoderata discrasia deicit actum proprie virtutis: ⁊ sic licet de natura sicci sit memoriaʒ conseruare posset tamen in tantum augeri siccitas q᷑ oporteret vti humectātibus vt docet Auicēna in pposito. ¶ Iteʒ dicit Auicēna q᷑ melius est illud qd̄ est in medio estatis: cuius tamē oppositū

supradictum est. Tamen siquis consideret dicta sua seipsum corrigere videt: dum subdit. Veruntamen timetur in ipso q calor ipsum conuertat postquam potatum fuerit: & illud non timetur in vere. nam sic possemus dicere q lac veris absolute est melius vt supra. ¶ Et nota vnum singulare quod dicit: & neq est aliquid nocibilius corpi q lac malum. De bono tamē dicit q est boni chimi & facit exuberare sanguinem & augumentū faciens in cerebro & propter lac muliebre. Est etiam facilis digestionis. Vide caplm Auicēne & plura intelliges que timens plixitatē nō scribo: & sic quibus lac cōueniat satis discussum est.

¶ Capitulum scdm tertij tractatus qui sunt casei cōuenientes colericis & ipsis discōuenientes.

Si volumus ad qsitum rubrice scientifice responndere nō nisi cum distinctione fieri pōt: lz persepe medici interrogent nunqd case⁹ sanus sit. ¶ Ad qd rñdendum oportet diuersa respiciendo maturare rñsum: & fm complexiones & alia infra dicenda respondere. Unde cum querit qui sunt casei colericis cōuenientes. Oportet considerare triplex regimē esse vt Galienus tertio tegni: preseruatiuū scilz cōseruatiuū: & curatiuū. Si loquamur d regimine cōseruatiuo: sic oportet dicere q calidiora calidioribus & frigidiora frigidiorib⁹ indiget adiutorijs: vt ibidē Galienus & fundamentū est qm pseruatio fit p similia: & sic in regimine mere pseruatiuo calidiori corpori vt colerico cōueniret caseus calidioris cōplexionis vt antiqu⁹ vel salitus aut acuitatem habens que omnia caliditati attestātur: & sic de alijs complexionib⁹ pportionabiliter est dicendū. Verū q: rarissime vtimur hoc regimine mere cōseruatiuo: sed potius regimine preseruatiuo: verbigratia pseruando corpus colericum ne vlterius labatur ad calidum damus infrigidantia: & econuerso flegmaticis calefacientia. Secundū hunc modum colericis magis conueniret caseus frigidioris complexionis vt caseus nouus non salitus saltem notabiliter q aptus est remittere acuitatem colere vbi antiquus aut salitus potius coleram augeret & inflāmaret. Hoc dico merito complexionis totalis: quia ratione alicuius alterius dispositionis posset esse aliter iudicandum. Nam cum complexione colerica stat aut stare potest tanta stomaci frigiditas & humiditas indicare potēs de exhibitione calefacientium & exiccantium q potius exhiberi deberet caseus antiquus aut salitus q nouus. Et ideo in prudentia medici consistere debet vt vltra vniuersalem complexionem etiam cōsideret particularem complexionem aliorum membrorum: tempus anni: regionem: consuetudinem: & alia huiusmodi: vt cum recta ratione consulere possit quid in vnoquoq particulari conueniat indiuiduo: nec oportet sic faciliter respondere ad interrogata. Et ea que hic dicuntur etiā oportet intelligere de alijs cōplexionibus infra dicendis. ¶ Sed pro pleniori noticia omniū est intelligendum pmo q vt superius aliqualiter dictum est magna in caseis diuersitas reperitur: nam quidam est vacinus quidam pecorinus quidam caprinus: & quidam mixtus ex duobus aut tribus equaliter: & quidam inequaliter: ex quibus in caseo contingunt complexiones varie & nature. Itē quidam est pinguis: quidā macer: & quidam mediocris: quod contingit propter causas superi⁹ dictas. Item quidam est dulcis: quidam acutus: & quidam mediocris: cuius causa est sal aut coagulū: aut tempus longum: aut ipsum lac merito animalium: aut merito pascuum: nam sicut carnes vitulorum aliquando sapiunt: aut habent odorem alei siluestris: non mirum etiam si in lacte pascua aliquem possunt imprimere saporē. Itē qdā nouus qdā ātiquus & qdā mediocris: vt supra d etatib⁹ caseor. Itē qdā bonus: quidā malus: quidā mediocris. ¶ Pro quo notandū q case⁹ potest dici bon⁹ vel malus: vl respectu sui: vel respectu assumētis. Respectu sui. Prio est bon⁹ cū ē ex bono lacte & bñ cōfectus bñ conseruatus. Respectu aūt assumentis dr bon⁹ vel malus fz qd bonū vel malū inducit effectū: & est in hoc magna differētia qm idē caseus posset eē in se bon⁹: q tñ i assumēte diceret malus: q: i eo malū iduceret effectū: vt pz prio in his q caseū abhominant. Nā alij qui sunt qb⁹ case⁹ quātūcūq bon⁹ si exhiberet esset quasi venenū. Idem ēt caseus ātiqu⁹ & hñs notabiliter de acuitate dici possz respectu sui & absolute bonus: q ēt respectu assumētis vt corpis flegmatici & tpe hyemis diceret bonus: & tñ respectu alterius vt colerici: & tpe estatis diceret malus: q: i isto colerico & tpe estatis malū induceret effectū. Et pariter d nouo ecōuerso dicere possumus qui in se bonus ēt respectu colerici tpe estatis: q tñ respectu flegmatici & tpe hyemis diceret malus. Sic ēt est diuersitas ex parte tpis in hoc q idem caseus in se bon⁹. erit tñ melior vno tpe q alio gra exempli: caseus nou⁹ ēt bene cōditionatus est melior in estate q in hyeme: cū tpe estatis magis infrigidātibus corpa cōiter indigeant: & certū est caseū nouū infrigidatiuū esse: & sic ecōuerso dicemus de caseo antiquo qui melior ē tpe hyemis q ipsummet tpe estatis: pter consilem cām: & hoc intelligat merito casei & merito tpis: q: possent esse alie indicatōes ita fortes q caseus nou⁹ in certo corpore esset ad istū intellectū melior i hyeme q in estate: vbi tale corpus propter aliquā cām magis indigeret nutrimento tēpore hyemis q estatis: & cū hoc esset in hyeme corpus magis paratum inflāmari pter aliquā accidentalē cām q in estate: siue hoc pueniret merito regiminis vt fortis exercitij: aut vigilarū: aut tollerantie famis vel accidētiū aīe: siue pueniret merito alicuius dispositionis vel egritudinis in tali corpe repte tpe hyemis magis q tempore estatis: vt de pluribus exemplificari posset. Et ideo insequendo dicta superius & concludendo tenorem capituli: credo dicendum q caseus nouus maxime non salitus conuenit magis colericis q antiquus: & hoc aliorum posita paritate: quia aliter oppositum contingere posset vt supra. Et sic etiā dicere possumus q caseus nouus conuenientior est in estate q in hyeme: indicatōe sumpta a tpe anni. Multa in hoc caplo sunt dcā q ad sequētia multum faciūt: nō vbi opz recursus hēatur.

¶ Caplm tertiū tertij tractat⁹ q sunt casei cōuenientes flegmaticis & ipsis discōueniētes.



Prosequendo regimen preseruatiuū vl reductiuum versus temperamentum in corporib⁹ flegmaticis q casei cōueniāt & omittēdo cōseruatiuū rgimē q fit p silia: vt supra satis dcm ē. Quia

Quia complexio flegmatica opponitur colerice: & oppositorū eadē ē disciplina: cum colericis vt supra nouus caseus cōueniat magis q̄ antiquus: oportet dicere q̄ flegmatis antiqu⁹ case⁹ magis conuenit q̄ nouus: cū nō minus cōtrariari videant̄ case⁹ātiquus & nouus q̄ cōplexio colerica & flegmatica. Uerum hoc itelligo indicatōe sumpta a cōplexiōe q̄ flegmatis magis cōuenit antiquus caseus aut aliquā hñs acuitatem q̄ nouus vel sine acuitate: & maxime tpe hyemis. Nam cum complexio flegmatica indigeat p ipsius preseruatione calefaciētibus & exiccantibus: & caseus antiquus fit huiusmodi: sequitur intentuz: q: caseus nouus faceret aut saltem disponeret ad vlteriorem lapsum: & sic esset aptus nouus caseus deducere flegmaticū extra latitudinem sue naturalis dispositionis. Et siquis diceret q̄ immo conseruaret eum in sua naturali dispositione. cuz ꝯseruatio fiat p silia. Dico prio vt supra q̄ hic intēdim⁹ regimini ꝑseruatiuo & non conseruatiuo. Secundo possem dicere q̄ licet conseruatio fiat per similia in forma vel virtualiter: frigiditas tamen casei noui excedit frigiditatem corporis flegmatici saltem virtualiter. Et sic posset ipsum ducere extra latitudinem sue naturalis dispositionis. Uerū pro nūc ista dominis theoricis dimitto. ¶ Sufficiat igitur pro nunc q̄ flegmaticis indicatione sumpta a complexione magis conuenit caseus antiquus q̄ nouus: & hoc satis clarum est: & si vellimus addere illam particulam: alijs paribus: adhuc erit clarior: vt posita paritate in consuetudine regione tempore anni particularibus dispositionibus membrorum ꝓprietatibus occultis & alijs omnibus preterquam in antiquitate & nouellitate casei. clarum tamen est indicatione sumpta a complexione flegmaticis antiquos caseos conuenire. Non confidant tamen flegmatici tantum in hac cōuenientia q̄ indiscrete caseis vtantur. Sed modeste semper: quoniam & si respectu primarum qualitatum conueniant: sunt tamen alia quibus officere possunt si difficultatem digestionis grossitiem nutrimēti: & alia cum modo substantie considerare voluerimus.

¶ Capitulum quartum tertij tractatus qui sunt casei conuenientes melancolicis & ipsi disconuenientes.

Inter omnes lapsas complexiōes naturales melancolica est minus bona: breuiorisq̄ vite & durationis: ideo diligenti studio gubernāda: quia lapsus valde modic⁹ sufficeret melācolicū ad egritudinalē lapsum producere: & vt clarz ē tā i regimie ꝑseruatiuo q̄ reductiuo calidis indiget & humidis: & iō nō facile est videre q̄ sint casei ipsis cōueniētes. Nā licz ātiq ad calidū declinēt: tñ sicciores sūt q̄ illi ꝯplōni ꝯueniat: noui aūt lz hūidi sint ad fridū tñ declinātes ipsis melācolicis nō cōueniūt. Opz igit̄ vel dicē q̄ paucissimo caseo vti debeant: aut caseo nouo solum tpe estatis: vel ātiq̄ tpe hyemis: aut mediocri iter nouelitatē & ātiqtatē q̄ oī tpe minus discōueniret maxime si bon⁹ eēt vt case⁹ Brixie & ꝯsiles. nā cū tal' case⁹ mediocris ēt q̄ndā mediocritatē i q̄litatib⁹ obtineat vꝫ saltē merito ꝑmarꝫ q̄litatū nō mltū posse nocē. nā nou⁹ magis conueniret respectu humectationis: verum ratione frigiditatis plus obesset: & sic antiquus rōne caliditatis meli⁹ ꝯueniret: sꝫ siccitas ꝯiūcta nō cere. Dicam⁹ igit̄ vt supra q̄ mediocris iter nouellitatem & antiquitatē minus pōt nocere melancolicis imo aliquib⁹ gratia nutrimenti iuuare posset: maxie si cōsuetus foret: nouus etiā tempore estatis & antiquus tempore hyemis in pauca tñ quātitate nocere non possunt: imo cuz aliquibus circūstātijs ꝓdesse: vt supra satis etiam infra dicetur.

¶ Capitulum quintū tertij tractatus: qui sunt casei cōuenientes sanguineis & ipsis discōuenientes.

Ex opposito se respiciūt cōplexio sanguiea & melancolica: verꝫ in sanguinea virtus valde fortior est apta minus ledi a sibi occurrētibus: tam intus q̄ extra: naz virtutes sunt in ea fortiores: & sic digestiua plura poterit imutare obiecta que non posset complexio melancolica: ideo cum maiori licentia possunt caseis vti dico sine notabili nocumento. Uerum cum queritur qui magis cōueniūt sanguineis oportet dicere q̄ frigidi & sicci: tales aūt essent ex capris confecti & noui: & postea ouini etiam noui: & vacini non sic noui: sed non saliti: & aliqualr antiquati: nam tales in regimine preseruatiuo cōuenientiores essent. Plura dimitto que infra dicentur. Sed pro nunc sufficiat qui casei cuiq̄ cōueniāt complexioni indicatione sumpta a complexiōe aut aliorum seruata paritate.

¶ Capitulum sextum tertij tractatus qui sunt casei conueniētes senibus & alijs etatibus.

Siquis bene cōsideret que dicta sūt circa ꝯplexiones naturales in cōueniētia & discōuenientia caseoꝝ facile poterit in etatibus ēt iudicare. Nam etas prime senectutis attestatur cōplexioni flegmatice. Iuuētus aūt colerice. Pueritia sanguinee. Decrepitatis aūt etas melancolice cōparat̄. Et sic satis conformiter de etatibus dicere possumus sicut de cōplexionib⁹ dictū ē: his exceptis. Primo q: in decrepitis ꝓpter indigestiones plures habundant materie flegmatice & consequēter catarrales: a quib⁹ si sumatur indicatio non sic cōueniret caseus ēt cum illis conditionib⁹ qui cōueniret in cōplexione melancolica: vt satis clarum est: naz caseus superius designatus qui in cōplexione melancolica cōueniret i etate decrepita multiplicando cattaros multuz disconuenire posset: cum videamus plures decrepitos a catarro suffocari: & ideo nō video decrepitis caseū aliquem conuenire. Forte aūt minus malus eēt etiā antiquus in modica tamen sumptus quantitate ꝓpter difficultatē digestionis: & ideo doleo satis dum cogito me intrare debere etatē illam si deo placebit q̄ me a caseo abstinere oportebit quem tamen libentissime comedo. Secundo est diuersitas inter etatē pueritie & complexionem sanguineam: q: obiectum difficilioris imutationis & solidioris substātie transmutabit sanguineus iuuenis q̄ puer maxime in infantia constitutus: & sic aliquis caseus poterit ꝯuenire sanguineo vel saltem non nocere qui tamen infanti nō conueniret aut in eo notabile induceret nocumentū. Et ideo licet lac sit infantibus conuenientissimum nutrimentum: caseus tamen etiam cuius vis cōditōis nō

cōueniet. Laudo ēt vt pueris detur in valde modica quantitate: ⁊ de mediocri inter antiquitatem ⁊ nouelitatem: plus tamen nouelitati q̄ȝ antiquitati attinēti. Juuenibus vero sicut de colericis dictum est: ⁊ primis senib⁹ sicut flegmaticis: itelligēdo semp indicatiōe sumpta ab etate. Et hec d̄ etatib⁹ dcā sufficiāt.

¶ Caplm septimū tertij tractatus de caseis cōuenientibus in aliquibus egritudinib⁹: ⁊ diuerso modo preparationis eorum.

SI in hoc caplo ea oīa que ad ꝓpositū faciūt scribere vellē tractat⁹ vnus magn⁹ insurgeret. verꝫ aliquas ⁊ paucas narrabo egritudines ī quibus ⁊ lac ⁊ caseus non pauca faciunt iuuamenta. Et primo de lacte vltra ea que superius dicta sunt de mēte Auicēne. Quia de lacte asinino non feci magnā mentioneȝ ⁊ hoc ideo q: ad caseū faciendū inutilis est. nā ē valde subtilis substantie: ⁊ ideo nō faciliter in stomaco caseatur: ideo via medicine post lac mulieris lac asine cōmendaf: vnde Gal. septimo de ingenio sanitatis. caplo sexto in cura male cōplexiōis sicce stomaci: quicquid dicat Serapio de mēte ipsi⁹ Gal. assertiue dicit. Lac asininū ceteris ē melius post muliebre: qm̄ alijs est subtilius. i. penetrabili⁹: ⁊ ad coagulandum tardius: lac enim coagulari in stomaco nocibile est vnicuiqꝫ subtilitas huius lactis suiqꝫ digestio ꝓprie iuuatiua sunt: q: via transeundoꝝ ciboꝝ est angusta ⁊ clausa ⁊ digestiua ↄfecta: vnde opꝫ eos bibere illud lac aut solū aut cuȝ modico mellis ⁊c. Hec Gal. qui si tamen alibi appositū dixisse appareat cōcordando dicerem ꝙ hic loquif in isto casu vt in remotione male complexionis sicce stomaci. Alibi forte loquitur d̄ bonitate alterius lactis pro aliqua alia intentiōe. Auicē. prima quarti in capitulo rememorationis medicaminū infrigidantiū ethicos laudat lac asine: quoniam infrigidat ⁊ humectat. Undecima vero tertij caplo de cura ptisis dicit: ⁊ de lactib⁹ magis cōueniens est lac mulieris suctum ex mamilla: deinde lac asininū ⁊ lac caprinū ꝓprie ꝓpter stipticitatem que est in lacte caprino: deinde dicit ⁊ lac equinū ēt ē ex eis que mūdificāt ⁊ faciūt sputū facile ⁊c. Et sic quo ad intētionē humectādi mūdificādi ⁊ ifrigidandi que necessaria sunt in istis casib⁹ lac asininū prefertur. Pro nutricatiōe tamen aut alijs intētionibus non ⁊ sic concordabimus ista cum his que superius dicta sunt in capitulo tertio primi tractatus. Ideo istud caplm cuȝ illo recurratur. Sufficit ꝙ lac ethicis cōfert ⁊ ptisicis cōfert vlceribus renū maxime ouinū: q: non est ei par dicit Auicē. In fluxibus autem lac calibeatū. Confert lac in mitigatiōe dolorum in passiōibus oculoꝝ: in asperitate gutturis: in vlceribus palati: ⁊ pluribus alijs passionibus vt possem pluribus auctoritatibus demonstrare quas gratia breuitatis omitto. Et si vis plura videre ⁊ vtilia tā in mō exhibitiōis lactis q̄ȝ in virtutib⁹ ⁊ ꝓprietatib⁹ suis lege que dicit Mesue in caplo de ptisi. ⁊ multa bona cognosces. Sed venio ad casum nr̄m q non solum pro nutrimento vtilis est: sed ad plures confert egritudines. nam caseus nouus impinguat ⁊ multi eo nutriuntur. Confert ethicis constante digestiua ⁊ alijs multis dispositionibus. Antiquus ēt ad multa iuuat ⁊ ante pastum ⁊ post vt in sequenti dicetur capitulo. Sed singulariter valet vt omnes attestantur doctores in fluxibus: verum primo lauaf pluribus vicibus in aqua calida: ⁊ hoc vt ipsius salsedo ⁊ acuitas remoueatur: deinde varijs modis exhibetur aut exiccando ⁊ faciendo puluerem q post cuȝ cibis exhibetur: aut per clistera inicitur ⁊ leuiter abstergendo cōsolidat vlcera intestinoꝝ ⁊ cōstringit ea: vel sic lotus exhibetur cum alijs cibis patientib⁹ stante digestiua stomaci satis forti. Fit etiam aliquādo decoctio casei in aqua que multiplicat lac in mamis mulierum ⁊ breuitati indulgens non allegabo doctores has ⁊ alias plures virtutes caseo ascribētes. Uerum non preteribo vnū quod dicit Auicēna in caplo de caseo. ⁊ credo habuerit a Raby Moyse q idem dicit: ⁊ est singulare ⁊ expertum: ꝙ si teraf caseus antiquus cum oleo aut cū aqua pedū porcorum salitoꝝ qd̄ melius est: ⁊ fiat emplm super duritiem iuncturarū extrahit ex eis sicut gipsum ⁊ ad veritatem est res multotiens ⁊ in multis experta: licet tamen non in omnibus vt aliquando probaui: vnde sigs bñ cōsideret nās caseoꝝ poterit ad plēs referre egritudines ⁊ vtilitates plurimas reperire.

¶ Capitulū octauū ⁊ vltimū tertij tractat⁹ de modo comedēdi caseū: ⁊ qui ante cibū: ⁊ q post comedi debeant ſm varias cōplexiones: tā totales q̄ȝ partiales.

IStud vltimum caplm est ꝙ magis queritur ⁊ in quo magna colligetur vtilitas. nā in cōi ⁊ fere continuo contingit vsu. Et iō vt possumus veridice respondere in talibus ⁊ sciētifice: oportet prio intelligere intētiōes varias quibus hoīes vtunf caseis. Scdo intelligere oportet caseoꝝ naturas de qb⁹ tamen satis supradictū est. Est āt videndū q: auctores antiqui de ipsis caseis senserūt: vt concordando dicta eoꝝ possimus vsum caseorum ad opus practicum vtiliter reducere. ¶ Pro primo igitur intelligēdo sciendum ꝙ caseus aliquando exhibetur gratia nutrimenti principaliter: ⁊ tunc caseus magis nutritiuus ⁊ aptus ſm plures sui partes in substantiam membrorum conuerti dicetur melior. Et isto modo medius inter nouuȝ ⁊ antiquum dicetur ⁊ erit melior. Unde Auerrois quinto colliget. dicit caseus recens frigidus est ⁊ humidus grosse substantie. ⁊ vetus calidus est ⁊ siccus propter sal: ⁊ tendit ad adustionem: ⁊ si aliquis caseus est bonus medius inter veterem ⁊ nouum est bonus: modo sit factus rationabiliter ⁊ ex bono lacte. ¶ Et Auicenna secundo canonis capitulo de caseo. dicit ꝙ medius inter illū qui extenditur vt viscus ⁊ frangibilem. Ambo eniȝ sunt mali: ⁊ sic medius inter nouelitatem ⁊ antiquitatem erit illius conditionis alijs partibus ⁊ sic melior. ⁊ ibi dicit ꝙ caseus antiquus salitus extenuat: ⁊ sic volentes extenuari ⁊ dubitantes impinguari: quoruȝ magnus est numerus vltra montes possunt ex eo comedere: sed caueant a nocumentis que potest inducere. Nam Auicenna loco allegato dicit ꝙ est malus stomaco ⁊ nō salitus: ⁊ ꝙ generat lapidem in renibus ⁊ vesica ⁊ proprie humidus: ⁊ addit ⁊ ꝓprie cum comeditur cuȝ seminibus ⁊ penetrare facientibus per que intelligunf oīa diuretica: ⁊ est dictum singulare bona rōne fundatū: nam diuretica ducunt caseuȝ aut eius materiam ad vias vrine ⁊ certum est ꝙ caseus est materia lapidum. Ideo aduertant qui

caseo

*caseo vtūtur libēter ne in illa mēsa comedant diureti ca post caseum maxime nec bibant ēt post vina alba* presertiꝫ potentia pp assignatā cām. Et ab his potissime cauere debēt inclinati aut soliti has passiōes in currere. ¶ Isaac vero in suo de dietis pticularib⁹ lōge magis alijs doctorib⁹ caseū detestari vꝫ dū dicit. Caseus vniuersaliter ē pessimus stomaci grauatiuus ꝛ digestioni difficilis: ꝛ subdit idcirco vtentes eo se pissime collicam incidunt passionē ꝛ lapides ī eorūꝫ renibus generantur: quā quidā auctoritatē aliq glosare voluerunt ꝙ intellexit de valde antiquo salito ꝛ fortiter terrestri. Sed nō credo hanc glosam ad mentem suā accedere cū dicat caseus vniuersaliter ē pessimus: ꝛ sic vniuersaliter loquēs nō intēdebat de illis pticulariter loqui. Sed credo fuerit illius opinionis aut q: ipse caseum abhominebaᵗ: aut forte non viderat nec gustauerat nisi de caseo oriētali aut sardinie q ad veritateꝫ nihil valent ꝛ realiter eos pessimos esse confiteor. Ueruꝫ caseus caseo qd prestat: esset valde abusiua compatio: si qs sardinicū caseū caseis d bria brexie aut tarātasie compararet: qm̄ isti cū multis in secūdo tractatu descripti sunt faciliores valde digestionis maioris nutrimēti ꝛ melioris. Alij caseuꝫ detestātur vi vocabuli dicentes ꝙ caseus diciᵗ quasi carens esu ꝛ sic indignus pp ipsius malitiā māducari: sꝫ dictū hoc volūtariū ē. Alij malitiā eius detestanᵗ: quia ex deteriori parte lactis ꝯficiᵗ: videlicet ex parte magis terrestri q̄ in lacte reperiᵗ vt satis ī p̄io tractatu mōstratū ē: ꝛ certū est ꝙ hec rō satis ꝯcluderet si sole ptes terrestres ꝯcurrerēt ad casei ꝯpositionē: sꝫ boni casei ꝯpositores ēt notabilē ptem butyrrosam dimittūt imo aliq totā: q̄ qdē ps ē illa q̄ facit ad casei bonitatē remittēdo ptes terrestres: tā in frigiditate q̄ȝ in siccitate cū partes butyrrose calide sint ꝛ humide: ēt de partib⁹ aquosis aliqd in caseo remanet saltē notabili tpe: ꝛ hac de cā doctores dixerūt caseū nouū eē frigide ꝛ humide ꝯplexionis: qd fieri non posset nisi pp p̄ntiā illaꝝ ptiū hūidaꝝ: vñ nō solū ex ptib⁹ siccis ꝯficiᵗ caseus: ꝛ sic eoꝝ rō non ꝯcludit. Et in summa nulla rō mihi nedū ꝯcludere: veꝝ nec psuadere pōt ꝙ casei sint oēs ita detestādi vt alique sonāt auctoritates: ꝛ ꝙ corpora maxime sana eo vti ñ possint: moderate tñ: ꝛ eo maxime ꝙ experientia vidi ꝛ reges presertim christianissimū Ludouicū regem francoꝝ: duces plurimos comites marchiones barones milites nobiles mercatores plebeos vtriusqꝫ sexus q caseo libēter vtūtur: ꝛ sic potius vꝫ ab oīb⁹ approbari. Sꝫ ad ꝓpositū veniēs vt dixi si case⁹ exhibeaᵗ grā nutritionis: nouus aut nouelitati attinēs dari dꝫ: ꝛ ante alios cibos: imo ēt alijs cibis commixtus. Laudo tñ semp vt quouis respectu exhibeaᵗ sit modice quantitatis. Aliquādo aūt exhibeᵗ ad ꝓuocādū appetitum vt sepius in me ipso expertus sum: naꝫ si debilitetur appetit⁹ pp p̄ntiā alicuius flegmatis in ore stomaci ꝯtenti: tūc cōuenit comedere paꝝ casei antiq añ pastū: qm̄ resoluēdo ꝛ incidēdo deponet aut deponere poterit illas partes flegmatis adherētes parietibus oris stomaci: quoꝝ p̄ntia ꝓsternebaᵗ appetitus. Ubi tñ ista deiectio appetit⁹ eēt ab alia cā maxie a mā colerica ñ cōueniret. Aliqñ vero daᵗ grā corrugatiōis oris stomaci ꝛ sigillationis ne fumi postea ita faciliter petant caput ꝛ vt sua grauitate cibum ad inferiores partes stomaci descēdere faciat: ꝛ isto mō ēt ꝯuenire pōt post cibum comestio modici casei antiq bñ cōditiōati: plus tñ ꝛ minus: aperiendo semp oculos ad *cōplexionem totalē ꝛ partialē: ad regionē: ad tēpus anni: ꝛ ad cōsuetudinē principaliter*: nam plures ita assueti sunt caseo: vt ēt notabilis q̄ȝtitas eis nocere ñ possit: ꝛ aliqui a valde modica q̄ȝtitate leduntᵗ. Si aūt exhibeaᵗ case⁹ grā ꝯtroparētie alicui⁹ cibi assumpti: tunc si cibus assumptus fuisset humidus conueniret caseus antiquus: si vero fuisset cibus siccus aut exiccatiuus: magis ꝯueniret nouus. Et ex his patet versum cōiter allegatū nō habere vniuersaliter veritatem dū diciᵗ. Post pisces nuces: post carnes caseū duces. Nā aliqs caseus antiquus isto respectu posset plus ꝯuenire post pisces q̄ȝ post carnes: cū sit necessaria maior exiccatio post pisces q̄ȝ post carnes: vt clarū ē: maxime in multis corporibus: quoꝝ exempla breuitatis cā dimitto. Assumiᵗ ēt aliquando caseus ad satisfaciēdū necessitati appetitus vt ꝑsepe contingit dominis studentibus: q dum suas paucas carnes comederūt cum appetitu adhuc restantes ad caseum recurrunt: ꝛ dicūt ꝙ caseus ē persepe actio subsidiaria admodū loquendi dominoꝝ legistaꝝ. Comediᵗ ēt aliqñ caseus post cibū grā voluptuositatis aut remotionis vnctuositatis dentiū: post comestionem carniū pinguiū ꝯtingētis: aut rōne remotiōis alicui⁹ saporis in ore post alios cibos remanētis: ꝛ in his casibus pōt concedi caseus boni saporis ad antiqtateꝫ parum declināns: sed in modica quātitate semper insequendo cōmune dictum. Caseus ē sanus queꝫ dat auara manus. Et hic videᵗ modus cōueniens pro diuitibus ꝛ notabilibus personis obseruandus. Pauperes vero ꝛ quos ad quottidianā casei comestioneꝫ impellit necessitas regulis superioribus nō astringūtur: cum coganᵗ ꝛ in principio ꝛ medio ac fine comestionis ipsorum caseum manducare. Esset tñ ipsorū consideranda complexio: ꝛ aliquibus nouū: aliqbus antiquū: aliquibus mediū si habere possent exhibēꝛ iuxta ea que superius dicta sunt. ¶ Et sic eoꝝ que ī hac materia reperire potui finem impono. Scio tamen me aliqua dixisse que citramōtanis aut superflua: aut minus bene dicta videbūtur ꝛ pariter vltramōtanis plura apud eos notissima que dicēt forte potuisse taceri. Ueꝝ q: ea apud cismontanos ignota erant scribere visum ē vt vnusquisqꝫ partem suā accipiat: ꝛ vltramontani que citra: ꝛ citramontani que vltra. Et sic si quis omnia recta rōne ꝯpenset saltē nihil superfluū iudicabit. Remittens me semper in oīb⁹ saniori iudicio ꝛ correctioni peritorum magis: cuꝫ inter physicos me minimum esse profitear. Ad laudeꝫ ꝛ gloriam clementissimi dei a cuius fonte omnia bona procedunt ac diui Pāthaleonis medici ac martyris gloriosi. Amen.

FINIS

¶ Explicit Sūma Lacticinioꝝ preclarissimi artium ac medicine doctoris dñi magr̄i Panthaleonis d Confientia.

¶ Opus putile de cautelis medicoꝝ editū a clarissimo phylosopho ac medico magistro Gabriele zerbo veronense theorice medicine ordinariā studij patauini publice legēte sb anno domini. M.cccc.lxxxv.

¶ Prologus.



Erfectuȝ medici regimē in actu ei⁹ operatiuo sicut ⁊ viuendi hōis modus cōplet p rōnem arte pfectā. Humanū.n.genus arte ⁊ rōibus viuit prio methaphysice. Perficitur aūt rō p artē medicinalē cum obseruatōe diligēti canonū: tam ptis theorice q̄ practice medicine. Hoꝝ vero obseruatio diligēs potissime adimplet triplici istrumēto. ¶ Prio iuocatiōe diuini auxilij qd pceptū nobis isinuat princeps pria primi dū ait in primis deo gratias agamus ⁊c. Et Halyabas prio regalis dispositionis dū inqt hoīem medicū ad deū eē suspicientē. Et Joānes Mesue de appropriat]. Deū o medice i cunctis prepone ⁊c. ¶ Scdo vero adimplet conatu volūtatis: studio: ⁊ diligētia: vt neq3 die: neq3 nocte studiū itermittat. S3 lectiōe assidua: ⁊ meditatione indesinēti: cum meditatio clauis existit sapiētie. In de. Halyabas loco allegato. Op3 medicū magis lectione occupari: studioq3 consideratiōis librorū medicine: nec negligat: aut fastidiat eos quottidie legere. Et Damascenus in afforismis habūdāter libros pitoꝝ viroꝝ legere ⁊ eoru3 secreta discutē iuuat hominē sapientē. ¶ Tertio adimplet obseruatōe canonū medicinaliū diligēti euitatiōe false doctrine: nec nō deceptōis: ⁊ isamie nōnūq̄: vt q cōtingētium in actu opatiuo medici. Nō.n.o3 cuicūq3 scripture credere: vt Gal. ait prio de simplici medicia. Et q non timet infamiā inuerecūdus cēset. Siāis.n.vr̄ obseruatio canonū medicine obseruatōi legis euangelice que ꝯsistit perficit. Primo iploratōe diuini auxilij: dicente legislatore q ē Saluator noster Matthei. x.c. petite: ⁊ dabit vobis. ⁊ querite: ⁊ iuenietis. pulsate ⁊ aperiet. ¶ Scdo conatu liberi arbitrij: ppterea dr ibidē intrare p portā arctā: qm̄ lata est porta ⁊ via spaciosa que ducit ad pditionē. ¶ Tertio euitatiōe false doctrine ⁊ deceptionū cum ibidē dicat: attēdite.i. diligēter cauete a falsis pphetis.i. doctorib⁹ hereticis. Ueniūt.n.ad vos in vestimētis ouiū. Interius aūt sunt lupi rapaces: ab opib⁹.n.eoꝝ cognoscetis eos. Aliqū.n. cauēde sunt insidie malignātiu3 ⁊ emulantiū: ppter qd dictū fuit Matthei.x. cauete āt ab hoīb⁹. Propter qd in actiōib⁹ humanis cu3 prudentia aliqū declināda est malitia psecutoꝝ: iō dictū est ibidē. Estote prudentes sicut serpentes. Exēplo beati Pauli tarsensis qui cognoscēs malitiā iudeoꝝ i Hyerusalē: cum ipse esset ciuis romanus ex priuilegio appellauit ad Cesarem. Aliqū ēt occurrēte necessitate: siue amaritudine fellis: qd pcipit ibidē pcedendum est in humanis: ⁊ dicit. Estote simplices sicut colūbe. Unde licet astutia vulpina: ⁊ mores lupini de quib⁹ meminit Haly. rodoa3 scdo tegni. cōmento. xiij. sint i medico illaudabiles: ⁊ sitr ruditas bouina: ꝯ qua Gal. prio virtutū nāliū libro. ca. viij. s3 medio mō incedēdū sit. Attū difficile ē his tpibus luctuosis tute icedere cū hac mediocritate pp insidias malignātiū emuloꝝ. Op3 aūt medicū in arte sua eo magis obseruare q̄ dicta sunt in actu opatiuo medicinali: quo difficile est hominem existentem non peccare: vt ait Galienus secundo memiri. alia quidem vt ignorantem ⁊ alia vero vt male iudicātem: ⁊ alia vt negligēter scribentē supple: aut docētē3: aut qūo l3 altr opātē: vt iaduertētē: ⁊ ad delectabilia humana descēdētē. Et Damascenus in afforismis. neq3.n. humana nā erroris periculū icurrere pōt pser tim in subtilibus: ppter qd melior medic⁹ iudicatur ab Haly.n. scdo tegni qui existimatiōi artificiali magis appropinquat. ¶ Ut igit in difficultate nō peccandi: siue nō errādi in medicando min⁹ delinquant medici: vt ad estimationē artificialē nō ipediti: neq3 distracti ppinquius accedant: vt recte cōseq possint finē intentū tractatū de cautelis medicoꝝ aggrediamur coopante illo q oiu3 viuētiū ē tutela. Cautelas aūt p capita tangem⁹: qr oiu3 eaꝝ i singulari ipossibilis ē cognitio: qr in ifinitū pcedūt: sicut i ifinitū cōtingit itellectū hūanū put reflectit ad sensum errare pcipue in actōib⁹ hūanis nō min⁹ forte q̄ peccata: seu mōstra i nā eueniāt pp varias mae dispōes. Est aūt cautela cū diligēti attētōe euitatio deceptōis.i. fraudis: ⁊ delusiōis: ⁊ isamie.i. ignominie: ⁊ dedecoris occurrentiū medico in actu ei⁹ opatiuo circa corpus humanū dirigēte itellectu practico ad honorē: ⁊ vtilitatē medici tuēda: vel ꝯsequēda finalr ordiata In qua notificatōe exprimunt oēs cāe cautele videlicet: mālis: formalis: efficiēs: ⁊ finalis. Describitur aūt cautela p actū: ⁊ nō p habitū cū dr iuitatio cū diligenti attētōe: vt denotet medicū ad picula assidua ac fere quotidie capiti suo emergētia i actu opatiuo vitāda debē esse aīo semp pmptos: atq3 intēto nō minus q̄ athlete. nā sicut illi ad certandū vocati: pectis alte brachijs cōsistūt: caputq3: ⁊ os suū manib⁹ oppositis quasi vallo pmuniūt: ita medicus oi cautelarum genere aduersus vim petulantiaq3 malignātiu3 debet esse animo ⁊ opere semper intēt⁹. Qōnis aūt querentis vtrū consideratio de cautelis attineat parti practice medicine aut theorice. Solutio est facilis: quia annectitur ⁊ attinet parti que docet modū ⁊ qualitatem operandi: ⁊ alterius questionis etiam solutio patet cum queri solet vtrum ad omnem medici actionem conferat vsus cautelarum adeo q licz vtilis sit actui conseruatiuo: preseruatiuo: ⁊ resumptiuo: est tamen magis in vsu in actu curatiuo medici. Sicut autem ad ea que in libris medicorū tradita sunt cognoscendum: ⁊ per ea operandum precipue vt in egritudine non impediatur debita actio virtutis contra morbū: oportet medicū non solum seipm prebere que oportet facientem sed etiam egrotantē: ⁊ presentes: ⁊ que extrinsec⁹ sunt: vt Hypocras prima particula afforismorū. Ita medicum pficiscentē ad artem medicinalē cōsequuturū ex ea gloriā: ⁊ honorem: ⁊ vtilitatē: vt re ipsa: ⁊ non nomine solū medicus habeatur: vtq3 euitet cum diligenti attentione deceptōes: ⁊ infamiam sex modis in genere oportet esse dispositum iuxta quos modos erunt sex capitula. Primo quantum ad modum se habendi sm dispositiones tam anime q̄ corporis a generatiōe cō tractas ⁊ sm ea que sibi debentur dum addiscens ē. Secundo quantum ad modum se habendi erga deum. Tertio quantum ad modum se habendi in seipso: quo ad dispositiones animi ⁊ corporis ex tēpore acquisitas. Quarto quātum ad modu3 se habēdi circa egrotātē

ex egrotante. Quinto quãtum ad modũ se habendi quo ad pñtes: ⁊ astantes mulieres: discipulos: plebem: ⁊ aromatariũ. Sexto quãtum ad modũ se habẽdi respectu eorũ que extrinsecus sunt. In hoc vero opusculo illustriũ medicoꝝ sententias sub cõpendio seqmur eos: ẽt nõ igrate noiando. ¶ Est. n. benignũ atqꝫ ingenui pudoris plenũ fateri per quos perfeceris vt ait Plinius imitãtes in hoc quecũqꝫ ab antiquis scripta sunt ⁊ ab Hypocrate maxie omniũ bonorum nobis duce.

¶ Si aũt pñs opusculũ dignis eo oibus cõe. indignis vero nequaqꝫ. voco aũt indignos auctore Galie. li. pronosti. quicunqꝫ parui sunt anima: ⁊ nõ gratia discendi aliquid legum: sed vt aliquem possint calumniare.

¶ Capitulum primum.

¶ De modo se habendi medici ẜm dispositiones tã anime ꝙ corporis a generatione ꝯctas: ⁊ ẜm ea que sibi debenť: vt discens est.



Expedit ei qui sapiens oino: ⁊ consumatus futurus est medicus vt natura ꝑticeps sit eaꝝ rerũ de qbus ait Hypoc. li. ꝺ lege. ingenio vꝫ doctrina bonis moribus puerili est instõne laborãdi studio ⁊ tpe simili. n. mõ medendi facultatis cognitio ꝑuenire cerniť: queãdmodũ nasci ⁊ ꝑcreari videnť ea: q̃ terre mãdanť. Ingeniũ. n. nr̃m est veluti ager docentiũ doctrine veluti semina: puerilis educatio: vt tẽpestiua semẽtis. i. vt in terrã cultã cadat ẜꝫ tps. Locus in quo pcipiť est sicut ager continẽs: q satis nutrimẽto esse solet vegetabilib⁹. i. nutrimẽtũ ex cõueniẽti aere factũ. Laborandi studiũ est ipsa cultura Sed tps oĩa hec corroborabit: efficietqꝫ vt perfecte nutrianť atqꝫ mutarent. In primis aũt ingenio op⁹ est quo repugnãte vana sunt cetera. Nam qd natura nemo fe. au. Multi aũt hominũ dixit Galie. primo virtutũ nã. Et si in pluribus fortunati fint: ita tñ insipientes ⁊ tardi sunt vt nõ intelligãt ꝯnãm sermonis sed malẽ tales ad fabriles artes ꝑcessisse. Sed si quidem ad qd finiẽt deus nouit: hos alibi appellat Galie. de genere lapidis molendini: pp qd laudanda est Plato. snĩa pueros. s. q libertate volũtatis syderũ: ac nature inclinatõe adhuc renitunť ex eorũdem syderũ virtute ꝑostendere in se habilitatẽ ad vnaꝫ artẽ vel ad aliã in qua si exerceanť pfecti euadunt. ¶ Et si reluctenť ⁊ alias exerceãt nunꝙ pp nature ad illã artem ineptiã pfectionẽ cõsequũtur. Probet igitur seipsum hõ anteꝙ medicine scie fores ingrediať ne reluctante eius ingenio ⁊ nã: in vanũ laboret. Nam cũ omnia in libris tradi nõ possint: arti: ⁊ scie ingenium subministrare opus est. ¶ Naturale eniꝫ ingeniũ medici adiuuat artẽ ⁊ nãꝫ regẽtẽ: ꝯriũ võ ꝯrium: vt docet Damascenus in affor[is]mis: id recte ait Galienus octauo terapẽtice: nã prudentem medicũ esse opꝫ. Et Jacobus Alchindi: medicus ingeniosus eẽ dꝫ vt suo nãli ingenio iueniat ea: atqꝫ suppleat que nõ potuerũt sapiẽtes lingua ꝑferre: neqꝫ in hac scia scribi potuerunt. Ingenio vero nõ repugnãte ad optimã viã procedet q ad medicinaꝫ accedit. institutis ⁊ documẽtis ars medicinalis pcipieť: que eo diligẽtius vendicabiť ⁊ addisceť: si ẽt a pueritia erudiatur eo modo quo ingeniosos educari ⁊ institui oportet. Et quia ẜm ineptitudinẽ discentium ãni multiplicãtur: vt ait Galienus i libro pronosticationũ. id multo tẽpore multum studij adhĩciendũ est: vt iam cõfirmata corroborataqꝫ artis pceptio iocũdos fruct⁹ sine difficultate parere possit: qd etiaꝫ pulcherrime docere videtur Galienus secũdo virtutũ naturalium: cum ait. Oportet debentem cognoscere: aut addiscere quid alij s melius morqꝫ ⁊ natura ⁊ prima doctrina multum ab alij s differre. Cum enim fuerit pauor: possidere debet hereticã. i. venereã insaniẽ veritatis ac si pro veritate insamiret ⁊ neqꝫ die neqꝫ nocte deficere ⁊ attente addiscere quecũqꝫ a gloriosissimis dicta sunt veteribus. Cũ vero in statum venerit iudicare eũ ⁊ examinare tpe ꝙ multo: ⁊ intueri quãta quidem concordant his que manifeste apparent: quãta võ distãt: ⁊ ita hec qdẽ eligẽ: illa võ auertẽ sciat: q vult alios pcellere. ¶ Incũbet igiť pro virib⁹ futurus medicus a primis annis erudiri: nõ solũ in his artibus quas de triuio dicũt dyaletica: videlicet sine qua vt ait Galienus nõ sciť veritas neqꝫ saluať quis ab errore: rethorica pariter ⁊ grãmatica: ⁊ eis quas de quatriuio arismetrica: videlicet musica: geometria ⁊ astrologia: quibus ille de triuio adminiculãtur in eis saltem tantũ proficiẽdo: ꝙtũ medicinalis scientia possit. Phylosophia tamẽ naturali vt principali nõ neglecta: primo ⁊ ab adolescentia medicine scie insudandũ est: auctore Halyabate. Custodia eni tunc fit facilior ꝙ in senectute que domus obliuionis existit. Ad harum autem scientiaꝝ eruditionẽ habendaꝫ adire expedit celebrata gymnasia: in quibus nõ vulgaris auctoritatis viri clarissimi ⁊ ꝓbatissimi docentes residẽt: quos futur⁹ medic⁹ pudore quodam ⁊ reuerentia vt decet obseruet: eoꝝ dictis fideꝫ adhibeat: vt discat: eosdem magnificet: ⁊ cõmendet: vt ab eis diligať: eoꝝ peritiã ⁊ auctoritateꝫ predicet auctore Hypocrate in iureiurando pĩno honore dignos: eorũqꝫ merita nõ aliter ꝙ pñs hẽat. Eisdem retribuat: ⁊ diuitias cõicet. Ait eniꝫ Halyabas: sicut generationis cã est pater: sic ⁊ magister excellentie ⁊ expectionis: motusqꝫ discipuli ad sciam extat causa ab adolescẽtia itaqꝫ prestat studio die noctuqꝫ incũbere: ⁊ que intelligũtur memorie custodienda cõmendare: nõ intellecta vero sibi manifestari quẽpiaꝫ nõ pudeat: neqꝫ quis negligat. Postꝙ autẽ adult⁹ in medicina fuerit: familiarẽ se doctori suo vel alteri facere expedit: eumqꝫ comitare vt videat: que ⁊ ipse exerceat: ⁊ ẜm eum doctrinari: ⁊ oculata fide videre: qui ⁊ ipse doctrinam prius acquisierit. Certior enim aure arbiter ẽ oculus: vt ait Flaccus. Memor ꝯtiuo verborum Galieni octauo terapentice. Medic⁹ non põt eẽ perfectus nisi exercitatus. Dixit Halyabas. Expedit hanc querenti artẽ plurimũ hospitalia: ⁊ domos ac loca infirmoꝝ frequentare ꝑpter multas eorum medelas cuꝫ magistris ⁊ peritis medicis ad inquirendas eoꝝ qualitates ⁊ accidentia que i eis fuerant. Inqt Nicolus. Nullus ꝙtũcũqꝫ studiosus fuerit in actum curationes exire presumat: nisi prius tẽpore ꝙ multo curare viderit ꝑpter qd dictũ est nulli nisi exercitato: ⁊ incurratione egrorũ enutrito credendum est medico. Quod si Auicẽna dicat prima primi ꝙ medicus sciens põt exire in opus: ⁊ si nunꝙ opa

tus fuerit: non tñ est ei possibile scire q̃plura q̃ non possunt in doctrina tradi: que tñ medico necessaria sunt nisi exercitet in curis ĩfirmoꝝ. Unde Auerrois dicit. Ad ꝑfectionẽ medicine requirit duplex actus. Unus acq̃situs ꝑ doctrinam ⁊ studiũ: ⁊ alius ẽst act⁹ circa particularia: q̃ nõ est docibilis: sꝫ suasibilis: vel assuesibilis. Et Alpharabius in libro de diuisiõe sciarum. Medicus nõ fit medicator ꝑfectus: nisi ꝑ duas virtutes: quaꝝ vna est virtus sup̲ vniuersalia ⁊ canones que acquirit ex libris medicine. Et alia virt⁹ est: que aduenit ei ꝑ longitudinẽ frequẽtie actionũ medicine in egris ⁊ studij in eis ꝑ lõgitudinẽ experimẽti ⁊ visionis corporũ indiuiduorũ: ⁊ ꝑ hanc mensuram põt medicus mensurare medicinã ⁊ curationeꝫ ſm vnũquodqꝫ corpus in vnaquaqꝫ dispositione. Et Isaac in libro febriũ dixit. Licet medicus in hac arte sit ꝑfectus. i. quãtum ad scibilia ꝑ doctrinam: necesse tñ est vt sit longo tp̄e cũ infirmis visitatus. Et Damascen⁹ in afforismis. Nulli studioso credenduꝫ est medico: nisi etate approbato: vt. s. decursu etatis sit exercitatus in ꝑticularibus. Impossibile. n. est: vt ait Galienus: q̃ idem numero vnus homo cõprehẽdat ⁊ possit scire in particulari oia que sunt in hac arte necessaria. s. ꝑ doctrinã. Recte ergo ĩtonuit Auicẽna in prologo cũ dixit minus q̃ꝫ medico necessarium sit cõprehendit liber suus medicine. Et quod subiũxit. s. quod sup̲additũ est incõprehensibile est: intellexit per doctrinam. ¶ Quantũ vero de ea que corpori attinent plurimũ confert ad medici ꝯplementũ ⁊ perfectionẽ: vt bone cõplexionis sit temperamẽto quoad fieri põt accedẽs habitudine ⁊ statura mediocris: q̃r nec gigãteus: vt ait Cõciliator: neqꝫ homunculus: nõ valde pulcher: aut formosus ue: ne egrotantes mulieres ꝓcentur: idest nimiũ illum impudẽter petant: neqꝫ tñ sit turpis: neqꝫ deformis: vt ab oib⁹ aspernet. Sed mediũ veluti virtus ĩter extrema obtineat. Neqꝫ sit eius anhelit⁹: neqꝫ sudor frigidus: neqꝫ caprosus aut poliposus. ⁊ vniuersaliter non sit corꝑe vnctuosus: ne ex eo veluti ab hyrco hora coitus fe tor percipiat horribilis.

¶ Capitulum secundum.

¶ De modo se habendi medici erga deum.

Erit Halyabas. Oportet medicũ eẽ ad deum suspicienteꝫ. Erit ergo medicus dei diligẽtissimus ⁊ fidelissim⁹ cultor. ¶ Memor cõtinuo p̃ceptoꝝ Ioãnis Mesue dicentis. Deum o medice in cũctis preponet: ⁊ preponet te. Honora euꝫ ⁊ honorabit te. Time eum: ⁊ securus cuncta experieris. Sanat enim solus langores deus: ⁊ de terre solio ꝓduxit in largitate suam medicinaꝫ. Adeo enim est omnis medela: dixit Jesus Sirach in ecclesiastico. Eteniꝫ altissimus creauit de terra medicinaꝫ: quod si feceris sacer fies medicus ⁊ diuinus: vt res ẽt diuine tibi reuelẽtur. Nam sacre res hominib⁹ solũ ostendunt: prauis ãt nequaq̃ꝫ: vt Hypocras in li. de lege. dixit Nicolus. Erit sermo medici ad egrotantis curã nouissime vocati in noie dñi: eidem gratias agendo: q̃ ad sui curam: ⁊ nõ alterius egrotãs inciderit: a quo ⁊ gratias petens: vt suo numine infirmũ ad pristinã sanitateꝫ restituere queat. Non ascribat medicus sanitateꝫ inductam doctrine aut prudentie sue. Sed salutis ois auctori deo attribuendũ. ¶ Imploret medicus diuinum auxilium in cõponẽdis: vel exhibendis ꝯsilijs: sine cuius nutu: ac volũtate nihil rectum: nihil salutare datur: q̃ si fecerit: q̃r bonus erit: deo similis fiat ⁊ ita de eo maior erit dei solicitudo: ꝑꝑ q̃d ⁊ sibi potiora beneficia impartietur. Antidoti ex inuentione propria vires ⁊ virtutes cõmendans medic⁹ in fine oium addat hoc verbum: si deus voluerit. dixit Cõciliator in additionibus Mesue capitulo d̃ opillationibus epatis: non redarguat a stolidis medicis hoc verbum. Si deus voluerit sepe repetendo. oia enim sicut fumus deficiente igne deficiũt: ⁊ veluti pruina recedentibus nubibus euanescunt: si modica sua gesceret influentia.

¶ Capitulum tertium.

¶ De modo se habendi medici ſm dispõnes tã aie q̃ꝫ corporis ex tempore acquisitas.



Ater sapientes cõuenit medicũ nõnullis presidijs se tueri oportere: vt fallacias ⁊ eminentes sibi d̃ceptões euitet: si gloriam ⁊ honorẽ per artem consequi querit: ⁊ in primis quãtum ad ea que sunt aie diuino cultu ꝯtinue obseruato: sit medici magnifica intentio pro viribus adipisci: vel adeptã famaꝫ suaꝫ celebrẽ ateqꝫ insignẽ cõseruare. Cui rei omne studiũ curam ⁊ diligẽtiaꝫ apponat. Magis. n. ꝯfidunt egrotantes in medico: cuius fama sit illustris. cõfidentia aũt quam hꝫ infirmus de medico plus valet ad sanitatem: q̃ꝫ medicus cũ omnibus suis instrumẽtis: vt est apud Auicẽnã sexto nãlium. Etiam pro inuerecũdo heretico qui negligit bonam famaꝫ. Completur autem adeptio bone fame: vel eius cõseruatio: si medicus laudatis ⁊ bonis moribus preditus cõmendatam vitam ducat. Nam ⁊ si vtplurimũ peritus medicus: vt ait Cõciliator: sit naturaliter agrestiũ morũ: vt aiunt feralium. Tum forte: vel q̃r vili ⁊ sterili stipite natus: intumescens domũ ⁊ ꝯtumeliosus factus: precipue cum fuerit aliqualiter incrassatus. Tum ẽt q̃r scientia medicine: ⁊ simpl'r curatiua maxime scorpioni ⁊ marti attributa ẽ: quoꝝ proprietates in malum tendunt. Unde cõpertum est eos qui stellariter prauoꝝ moruꝫ existunt virtute scorpionis ⁊ martis eis dominantium ꝑfectos haberi medicos: ꝑꝑ quod dicitur: q̃ naturaliter medicus probus malorum dꝫ esse morum. Tum etiam q̃r scientia medicine non de virtutibus ⁊ morib⁹ determinat acquisitis: sicut aliarum scientiarũ plurime: sed naturalibus tm̃ morib⁹ vt apparet scd̃o tegni: attamen cõsuetudine ⁊ arte conetur medicus laudabilis mores acq̃rere: qui ⁊ magis in precio erit his dotatus: precipue quãdo cõtra eius natiuitatis signatores tali freno rõnis operabitur. Non igitur vitijs medicus coinq̃nat⁹ inhereat. non sit ambitiosus: idest qui ĩmoderate honores ⁊ laudes cupiat. nõ auarus quasi non eris auidus: vt quasi qui ꝑꝑ nimiã cupiditateꝫ nõ videat quid agat. Non blassemator: siue detractor: non bilinguis: siue trilinguis: vt qui modo vnuꝫ modo aliud proferat: neqꝫ falax: hoc vitium ad mentẽ referendo: nõ furibundus: vt qui feraꝝ ritu feratur: nõ crapulosus: neue gulosus: nõ cõtumeliosus: vt q̃ verbis superbis ⁊ iniuriosis tumeat ⁊ audeat: non cõtumax vt in superiores suꝑbiat: non diffidiosus siue discrepans ⁊ discordans

discordans. Non egressus siue elatus: vt de loco ad
locum aliis sed ad excelsiora loca preponat ⁊ dignio
ra. Non futilis ⁊ rimaruȝ plenus: vt qui tacenda reti
nere nõ possit. Non loquax aut verbosus: vt qui stul
te ⁊ vane: copiose garriat. Non litigiosus: vt qui fre
quẽter litibus: cõtrouersiis versatus gaudeat. Non
mendax: vt negator veritatis: ne alterius mentẽ fal/
lat. Non sit inuidus: ne alterum odio habeat: aut al/
teri aliquo modo inuideat. Nemini vero quicquã ꝑ
iniuriaȝ faciat. Non vindex: idest vltor siue vendica/
tor sibi illate iniurie. Non aliqd operandi cupidus.
Non ebriosus: idest supra mensurã bibẽs. Cerebro
enim vinũ nocet ait Halyabas id superfluitatis re/
plens: ideoqȝ menteȝ corrũpit ⁊ inde ebetudo ⁊ tar/
ditas eliciunt. Sicut. n. viribus corporis nihil vitio
accõmodatius si moderate sumat. Ita pernitiosi⁹ ni/
hil si modus absit. nõ deniqȝ luxui: aut delitiis: ne/
qȝ ludis vite sue tempus cõterat. Sed esse vite opti
me plurimũ medico prestat. Lingua expeditũ: astu/
tum: sagacem: acutuȝ: puidum: in actibus tarduȝ ri/
tuum alienoꝝ: ⁊ barbarorum abiectorẽ: festinum: ca/
stum: fortem: graueȝ: humilẽ: honestũ: impigruȝ: mã
suetum: pudicũ: vigilẽ: abstinẽteȝ: illataꝝ sibi passio/
num occultatoreȝ: sagacem: remotũ ab iniustitia: ad
loquendũ tarduȝ. Cum aũt datur sibi loquendi tp̃us
opportunũ sit medicus affabilis ornate: ⁊ pulchre
loquẽs. vtaturqȝ aliquãdo parabolis. i. prouerbiis
similitudinibus: imaginationibus foris vel reruȝ si/
gnis. Dixit Mundinus nõ erubescant medici a iuri
stis parabolani dici cum ceteris nõ medicis q̃ȝ q̃ȝ lit
teratissimis subtilia ⁊ ardua medicine nisi in parabo/
lis dari: intelligi nõ possint. Prestat preterea medi/
cuȝ taciturnũ esse quecũqȝ ei intercurandũ viderit:
vel audierit: vel extra curam in vita hominũ cogno
uerit: que reticenda esse intelligat: nemini aperiat:
sed intemeratã taciturnitatẽ seruet: vt ꝓcipit Hypo
crates iniuriando. Unde Halyabas: nõ reuelet me
dicus secretuȝ aliquid patiẽtis de alicuius cura: aut
morbo: nec super adducat ꝓximos aliquos: aut lon/
ginquos. pluribus. n. infirmantiuȝ accidunt passio/
nes quas ⁊ patribus: ⁊ a sua celant parentela: eisqȝ
medicis propalant: vt matricis dolores: ⁊ emorroy/
das. qr oportet medicũ tacite seruare: que sibi ab ho
minibus reuelant ⁊ oĩno medicus vitam: artẽqȝ pu
ram: atqȝ integrã seruet. Ex parte aũt eoruȝ que in/
tellectus speculatiui sunt expedit medico veracem
esse. Nam melior est sermo verus oĩbus rebus vt ait
Galienus primo de cõplexionibus. ⁊ Aristote. prio
ethicoꝝ. Sancti⁹ est ꝓhonorare veritateȝ Platone:
⁊ veritatis ambobus amicis existẽtibus. Et primo
de simplici medicina dixit Galienus. Qui supfluũt
a veritate: idest qui ab ea recedunt moriant condi/
tione. Non aliter ⁊ medicus rõnalem: siue logicum
se prebeat: vt duce Hypocrate cum aliis canonicis
medicis particularia consideret: vt sub vniuersalib⁹
comprehensa sunt. Non sic autem methoycus vni/
uersalia solum considerans despectis particularib⁹
qđ inartificiale est. neqȝ etiaȝ sit empericus ne despe
ctis vniuersalibus: particularibus solum inhereat.
Expedit preterea vt apprehendens sit intelligẽs ⁊
peritus. Nam cum sanatio non fiat nisi per res mul
tas: vt ait Galienus in libro đ elementis necessarius
est medicus qui extrahat ex eis id: quod conuenit in
in vnaquaqȝ egritudine: ita vt per eum fiat sanatio:
talis autem erit peritus medicus apprehendens: ⁊
intelligẽs quod etiam Archistratus medicus recte
sensit dicens: oportet medicum esse bone intelligen
tie: ⁊ sane mentis acumine non solum in sciendis
morbis qui sunt verum etiam in sciendis locis qui
bus fundantur se exerceat. Imperitia siue ignorãtia
malus est thesaurus malũqȝ erariuȝ possidentibus
⁊ somnium ⁊ visio fiducie: ⁊ gaudii expꝰs timiditatis
⁊ audacie nutrix erit ait Hypocras ĩ libro de lege.
Sunt eniȝ tales impiti medici: quoꝝ: vt hȝ Pli. In
scitia nulla lege punit: nullum exemplum vindicte.
Hi sunt qui discunt periculis hominũ. Hi sunt q ex/
perimenta per mortes agũt. Hi sunt: quibus homi/
nem occidisse summa impunitas est. Hi sunt deniqȝ
qui mortuorum intemperantiaȝ accusant: vt suos er
rores tegant. Ita tamen cũ sua peritia se habeat me
dicus: vt non solum antiquorum scriptis omnino in
sistat: imo solerti ingenio eius est satagere ad nouaꝝ
rerum inuentionem non minus in traditione doctri/
ne q̃ȝ in auxiliorum salubrium approximatione. Mi
seri enim ingenii est: ait Nicolus qui in remis soluȝ
innititur. Unde in omni medicina oportet noui aliqđ
inuenire: vt ait Galienus: ⁊ vt probus habeat: his
conditionibus insignitus sit: de quibus Galie. xii. te
rapentice. Solers scilicet breui tempore concipiens
quid operandum sit erit sollicitus in studendo: visi/
tando ⁊ in applicando remedia saluberrima nõ dãs
inducias. Non aliter erit ⁊ memoraus canonum me/
dicine primo vniuersaliuȝ: circa que intelligẽda sunt
⁊ protractanda insistet. Ignoratis enim principiis:
necessarium est artem ignorare: vt Aristoteles prio
elencorum. Nõ aliter ⁊ particularium: cuȝ omnis do
ctrina vniuersalis inutilis sit: nisi ad particularia re/
ducatur. Scire enim vniuersalia ⁊ cõmunia sufficiẽs
est: nisi particularia cognoscãtur: vt inquit Haly. ter/
tio tegni. Cum omnes res cõmunes in scientiis suf/
ficientes sint: nisi ad particularia extendantur. Hos
canones vniuersales ⁊ particulares intellexit prin
ceps prima primi: cum dixit. Non est autem bonum
vt huius libri plurimum non sit apud vnũquẽqȝ hu
ius doctrine nomine vocari: ⁊ per eaȝ lucrari deside
rat. Id vero omne sensit Halyabas Galieni fidelior
interpres: cum ait primo regalis dispositionis. Co/
gat seipsum medicus ad eorum que legit custodiam
⁊ memoriaȝ in eundo ⁊ redeundo: quo omnia cõser
uet necessaria: ⁊ đ scientia ⁊ opiniõe reuoluat ⁊ exer/
ceat in eis suam mentem: vt non omni tẽpore libro/
rum consideratione egeat. Et si de libris aliquod ac/
ciderit incõmodum reuertetur ad ea que seruauit in
memoria: cũ necessitas fuerit. Dixit Conciliator: erit
medicus neqȝ die neqȝ nocte studio deficiens: sed le/
ctor assiduus ⁊ meditator indesinens. Nam medita/
tio clauis existit sapientie. Habundanter eniȝ libros
peritorum virorum legat: ⁊ eorum secreta discutere
iuuat: omnem sapientem: dixit Damascenus ĩ Affo/
rismis. Erit autem precipuum medici studium ĩ me/
dicina probatos: ⁊ illustres auctores magis obser/
uans. Non enim cuicunqȝ scripture credenduȝ ẽ: vt
inquit Galienus primo de simplici medicina. Res
enim non recte procedunt: cum homines dimittunt
inquirere veritatem sermonis: ⁊ vtuntur festinatiõe
confidentes in aliis: ⁊ alioruȝ credentes sermonib⁹.
Unde ⁊ primo alimentorum dixit. Iniustũ ẽ vni pre
aliis sine demonstratione credere: precipue tamen ĩ
remediis inuentis in quinternulis festinantiuȝ. Nõ
enim quodcunqȝ tale assumendũ est a medico: sed di

ligenter est examinandum anteq̄ ipsum egrotāti ad ministret. Operari tamen ſm libros antiquoꝝ absq; perfecta ratione molestum est: vt ait Damascenus. Solerti ingenio in quo non minus refelluntur: qui liberaliter absq; vlla imutatione indifferēter ad languentem quēpiam quecūq; sunt scripta ab antiq̄s: applicant arbitrātes se sapienter legisse: cū tamen in magnū inciderint errorē. Et propter hoc docuit recte Galienus quarto de accidenti ꝛ morbo dicēs. Dicta antiquorū debent amicabiliter a successorib⁹ suscipi: ꝛ quod ab eis dicitur: benignius adimpleri. Uerba tamen eorū adimplenda sunt veraciter. Nam male quidem intellecta inducunt audientes sepe in multos errores. Unde ꝛ quinta particula afforismorum inquit in cōmento illius afforismi: quibuscūq; caluis. Quandocūq; in libris sapientum inuenitur aliquod falsum: non debet extimari: q̄ illud dictū sit sapiētis: sed potius debet imputari scriptori vel alteri: vt translatori. Non aliter plurimū illi prestabit: si iam factus sciens longo tempore ex assiduo librorum studio efficiatur etiam longi vsus ex acquisitione experimēti dicente Galieno in de regimine sanitatis. Experientia vt iudex habenda est omnium rerum: que recte excogitata sunt. Et Auicēna secundo canonum: experimētum est illud in quo confidit. Cōfirmat enim rationem prius habitam in mente medici. ꝛ Galienus de ingenio sanitatis: experimentū quod ratione ligaueram me confortabit: dans mihi audaciam magnā. Nouus igitur medicus diu meditabitur in antiquorum experimenta: ꝛ post hoc ad leuiora ꝛ salubriora eorum declinabit: ꝛ ad ea maxime: que a magistris suis prolata habuit: ꝛ experta. Dixit enim Damascenus in Afforismis: medicamina tibi pauca tenenda sunt: ꝛ non nisi ea: in quorum iuuamento sepius expertus confidere possit. Toti⁹ enim notitia incōprehēsibilis est. Erit medicus non querens scire ea que arti sue impertinentia sunt. Dixit enim Raby Moyses vigesimaprima particula afforismorū. Qui conatur scire res: quas quidem scire non est necesse: deducitur ad modicitatem inspectionis rerum: quas scire est necesse. Non enim tenetur medicus scire qđ ad suam nō pertinet sciam. Horū nāq; quesitor in rebus necessarijs parū sapit. Sȝ ex libris autenticis sumere debet dogmata ventilata: ꝛ ea que sunt in eis vtilia sectari. Quantum autē ad ea que corporis sunt sit medicus corpore mundus procul ab omni spurcitia: ꝛ ad summū expedit vt se munde gerat ꝛ honeste nitidus ꝛ vestimentis ornatus: nō tñ sic mundicie ꝛ vestimētis vacet vt sciētiā derelinquat. Dixit etiam Aristoteles ad Alexandrū magnū: multo melius ꝛ regalius esse habere animā scientijs habundantē q̄ habitu corporis esse bene indutum. Non sit medicus velociter incedens: q: id in discretionē: vanitatē: ꝛ infidelitatem quandam ostēdere dicit. Deniq; quantū ad hoc tueri studeat medicus sanitatem propriam: ne si eum forte egrotare contigerit irrisorie illi dicatur. Medice cura teipsum.

## ¶ Capitulum quartum

¶ De modo se habendi medici erga patiētes: ꝛ maxime erga egrotantes.

Vamcunq; domum ingrediatur medicus dūtaxat liberandis egrotis operam dare intendit alijs omnibus post habitis: vt pcipit Hypocrates in iureiurando: euitans omnem iniuriam ꝛ corruptelam. Non erit igitur medicus iuxta diuisionem Galieni duodecimo terapentice. Medic⁹ malus ꝛ sinister non intendens sanitatem: sed egritudinem: aut egrotantis mortem. Hic enim medic⁹: vt inquit Nicolus: omnino fugiendus est: ꝛ a terrarū vniuersitate omnino delendus. Hic est ille: qui diuinam scientiam. Medicine in se tectam obligat: ꝛ malignat ab arte mea. Hic est de numero eorum: quos maledixit Auicēna dicens: descendat ignis de celo: ꝛ spiritus procellarū: qui faciat eos esse de suburbanis Sodome ꝛ Gomorre. Sūt enī: vt inquit Auerrois: peiores spoliatoribus mortuorum: qui solum vestimenta deportant: quos ꝛ Damascenus in suis afforismis insequitur: dicens eos esse: qui animam suam dantes secularibus diuitijs fundamenta ipsi⁹ medicine ꝛ artium doctrinam penitus neglexerunt. De quibus ꝛ eis similibus eorū mores versutos cōsiderans dixit Cōciliator. Medicus est inuidie pelagus inexhaustum: detractionis organum: indefense ambitionis perforata clepsedra aliene veritatis garrulus contradictor. Ignorantie proprie constantissimus ꝛ prestantissimus: inconfessorum ꝛ inexcusabilis infirmorum neglector. Non ergo ei fides est adhibenda etiam maxime in medicina. ¶ Studiose ergo fugiendi sunt tales longe tāq; communis pestis prouincie: contra quos insurgant leges: armentur iura: vltore gladio feriantur. Erit preterea medicus erga egrotantem nō malus ꝛ adulator medicus. hic enim ē: qui solum extolli a vulgo ꝛ mulieribus ꝛ inanis glorie iactātia ditari intendit: veluti taxillus Galieno infestus: propter qđ studet hic talis infirmis ꝛ egrotis mulieribus: ꝛ vulgo blandiendo in omnib⁹ complacere: siue que placēt: noceant: siue ñ. Ideoq; ꝛ ipse abhominandus est ꝛ fugiendus: de quo ſmonem habuit Galie. in lib. de mirabilibus pronosticationum dicens. Ex his enī qui existimari magis q̄ esse studeant: instruitur quilibet his ex qb⁹ pspabit apud multos: scilicet dicere: quid ꝛ agere ad dlectationem: ꝛ blandiri ꝛ adulari: ꝛ salutare quolibet die diuites ꝛ potentes in ciuitatibus: ꝛ precedere: ꝛ premittere: cum domum eant: vt honorabiliter recipiātur: bene locentur. Quidam autem eorum non solū his: sed etiam vestium ꝛ ānullorum varietate: ꝛ multitudine assequentium: ꝛ vasorum argenteorum preparatione idiotas putare suadent dignos imitatione se esse. Ex his omnibus hinc quidē allicientes: hic etiā stupere facientes homines expertos veri iudicij rerum. Et etiam in libro de elementis auctoritate Hypocratis. Medic⁹ autē sinister similiter ꝛ adulator hi sunt: de quibus dixit Hypocrates i libro ð lege. Medici quidē nomine sunt multi: opere vero valde pauci. Erit ergo medicus nature egrotātis sibi commissi diligens minister ꝛ adiutor. Memor cōtinuo verborum diui Mesue in prohemio suo ð appropriatis dicentis. Tu qui corporum curam geris. auxiliari ne differas: nam semel pereunti nulla sunt deinde suffragia. Non ergo prolonges in crastinū: qđ hodie facere debes: sed presto consilium redde: ꝛ manum suam adiutricem velocem in agendis porrigas. Curandi methadum donauit tibi Deus: igitur ne irritum

ne irritum facias donum eius: sed eorum que de ei⁹ largitate habundantius suscepisti ne parc⁹ esto. Expedit tamen medico in approximandis remedijs nõ ita promptum esse: vt inde efficiatur preceps: immo prestat eũ recte ⁊ mature considerare. Nam si artifex operans in corio ⁊ ligno anteq̃z ad actum deueniat: pluries diligenter studet metiri ⁊ mensurare: quãto magis medicus in humano corpore maturiori consilio eget. Nam vt ait Galienus prima particula afforismorum. Si experimenta in corio ⁊ ligno nõ bene successerint: fere non fiet corruptio: idest dãnũ. Sed si in corpore humano simile succederet experimẽtuz destruit subiectũ: ⁊ fit quasi quidam interitus: ⁊ seqtur inde dãnum incorrigibile. Erit preterea medic⁹ egrotantis pius ⁊ misericors: ita vt potius vinculo compassionis visitet q̃z recipiendi premij grã. Inqt enim Mesue. Ratio clamat ad iudicium: si misericordiam deseris: pp quod inquit: q oportet medicũ cuz infirmo languescere: ⁊ sanitatez eius proxime suscipere. Qui enim respicit sup infirmuz ⁊ egenum i die mala liberabit eum dñs. Erit nõ aliter q̃z fidelis: iuxta illud Catonis. Corporis auxiliuz medico cõmitte fideli. Fidelis eniz medicus: dixit Nicolus: cauet ne per imperitiam: aut inaduertentiam: seu p negligentiam deficiat eius opus: qd est inductio in quopiam sanitatis: dolos ⁊ fraudes nõ committit: sed ⁊ fugit preceps: ⁊ precia emulorum sui egroti spernit: ⁊ fugat. Minas nõ curat. Spez acquirẽde sibi rei alicuius nõ habet. Letiferum: nec abortiuũ preparat ⁊ ministrat nullum. Monitus cõtinua preceptoꝝ Mesue dicẽtis. caue o medice ne amor: aut pciũ: aut spes aut timor: aut mine: seu aliqua alia humana gratia te circũueniant: vt decliuis sis a recto. Sunt. n. celi qui arguunt: elementa q̃ seuiunt: ⁊ si nihil hic in posterum cruciatus gehẽne. Nullaz rem domus patiẽtis: neduz surripere presumant: imo neq̃z cogitare: imo omnia sint intacta: vt mũdis manibus: ⁊ nõ fur: erit medicus diligens infirmoꝝ visitator frequẽter ẽt de eis requirẽs per se: vel per idoneum quẽpiam etiam discipulum. Si acuta ⁊ difficilis fuerit egritudo infirmo semp assistat medicus. dixit eni Rasis decimo Almansoris: opz in egritudinibus acutis non solum medicũ sepe: sed semp assistere. Morbus eniz acutus celeris est mutationis in diuersa. In alijs ãt non sic difficilib⁹ bis in die mane. s. ⁊ vespere egros visere sat est donec sanetur: neq̃z aliter frequentãdũ ad eos: sic. n. nimia familiaritate vili penderet. Nullum egrotantẽ medicus visitat nõ requisitus: nisi infirmus talis fuerit: vel pauper vel d genere affiniũ vel domesticoꝝ amicorũ. Dixit Halyabas precepit Hypocrates in suo testõ medicuz medie infirmoruz operaz dare ⁊ p cibos: ⁊ medicamina regulare. Erit cõtinuo medicus promittens spem salutis: immo ⁊ patientis aĩum mellitis suasionibus in leticiã: ⁊ gaudium alliciens: ⁊ eius spem nutriens. Unde Damascenus in afforismis. Oportet te infirmis semper salutem promittere: nunq̃z illos a spe deponere: ⁊ si ipse desperes. Cõplexio enim corporis affectõi animi semp inheret: ⁊ subdit: infirmos in eoꝝ spe aĩare non desinas. Et Cassiodorus: nãlis cura ẽ egris dare leticiam: naz fac inualidũ gaudere: ⁊ sanatus erit. Erit medicus auctore Halyabate studiosus egrotis ⁊ eorũ curis maximeq̃z ⁊ egenis: ⁊ pauperib⁹ nec ab eis vtilitatẽ querat: aut retributionez ⁊ siquid posse est ipsi de suis det ei medicinas: pecunijs suis assignet illis que poterit. Dabit operã medicus medele infirmoꝝ eorũ precibus: ⁊ medicinas regimini: nec sit eius ad querẽdaz in medendo intentio pecuniaz: sed a deo retributionẽ: ⁊ merituz. Non suscipiet pre ceteris medicus onus in se antiquarum ⁊ malarum egritudinum sub spe alicuius lucri. Nam tales egritudines postea a deo incurate relicte infamant eum: ⁊ detrahũt nomini eius: dicẽte Mesue: nolite o medici malarũ egritudinũ cure onus suscipere: nec nomen subire medici mali. dixit ãt signãter onus cure: qr talium egritudinũ non dz promittere sanationez: si tñ ab infirmo: vel eius attinẽtibus aggrauaretur: tunc protestatione premissa potest aggredi curã. Dixit eniz Rasis decimoquinto ꝯtinentis: curãdi sunt a te o medice morbi faciles ⁊ fugiendi qui manifeste aut occulte sunt fallaces. Medicus ad visenduz egrotum: ductus in eundo vtatur bona cautela. Debet enim a conducente se querere de egritudine patientis: ⁊ de ei⁹ qbuslibet accidẽtib⁹ de appetitu: ⁊ somno: ⁊ de ventris beneficio: ⁊ similibus. Et si febrit q̃ hora inuadit eum febris ⁊ si cuz frigore: vel si specialiter in aliqua corporis parte doleat. Hoc autez facere debet: vt quantum fuerit ei possibile de eius egritudine certificetur. Cuz ergo ad infirmum medicus venerit non sit eius ad infirmum ingressus cura nisi vt eius moliatur sanationez: vt est apud Halyabatẽ. Salutet itaq̃z: vt decet: a corporali malo: dicendo liberet te deus: vel saluus sis: vel tale consimile vt dici solet constito sibi egrotantem peccata sua nõ fuisse confessum anteq̃z ipsuz tangat aut aliud de signis suis videat: ipsum interrogare debet si aperuit suoꝝ peccatorum conscientiam sacerdoti. Quod si sic: bene est: si vero non promissionem ab eo recipiat sic se facturum: multe ei egritudines ꝓpter peccata emergũt. Unde Azaronus. Egritudines nõnunq̃z inuadũt homines ex malitia regiminis cibi: ⁊ potus ⁊ ex peccatis: ⁊ preuaricationibus: ⁊ vltima causa ex maledictis demonibus qui dicuntur alabin. Non audebit autem medicus post primam visitationez: immo post signorum egrotantis inspectionem vllo mõ amplius de confessione illi sermonem facere. Nam posset forte hoc ab eo audiens d salute diffidere. suis tamen medicus dicat q eum confiteri faciant. Quod si egritudo timorosa fuerit domui etiam sue disponat: quolibet tamen: vt fieri potest terrore remoto. Utat preterea medicus altera cautela dum locum vbi residet infirmus ingressus ẽ circũspiciat si forte viderit fructus: herbas: aut fomenta aliqua parata per que coniecturari possit super egri infirmitate qua cautela vsus est Galienus Rome dũ a Glaucõe duct⁹ fuisset ad visendum medicum credentem se esse pleureticum cuz tamen pateretur apostema epatis: vide capitulum septimum libri quinti de interioribus. Sic eniz medicus bonus cognitor iudicabitur: ⁊ eger in eo ardentius confidet tãq̃z in sui egritudinis cognitore: ⁊ sue salutis actore. Cũq̃z ad infirmum peruenerit si via longa extiterit: aut arcta sicut per scalas ascendere: non illico infirmum tanget: cuz illi occurrerit precepto Rasis quarto cõtinentis: qr forte medicus propter laborem ex itinere estuose fatigatus erit: vel permutatus forte presentia astantium nobilium quos contingit inuenire prope egrotantẽ. Uel forte quia infirmus videns medicum ad se veniẽtez nimium letabitur: aut propter medici presentiam verecundabitur. Uel forte propter expensaruz confide

